



**D. Ioannes Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Ioannem Homiliæ
CLXXX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1568

VD16 W 1038

19. Mulctatus virgis spinosam fronte coronam Gestat, Iudæi verba
nefanda tonant. Exuitur, palo sublimis pendet in alto. Et litem ob titulum
gens scelerata mouet. Commendat matrem, defunctum lancea ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71827](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71827)

CAPVT XIX.

HOMILIA CLXV.

TVnc ergo accepit Pilatus Iesum & flagellauit. Et milites coronam de spinis plexam imposuerunt capiti eius, & pallio purpureo circumdederunt eum. Et dicebant, Aue rex Iudæorum: & bacillis eum cædebant. Exiuit ergo rursus Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco eum uobis foras, ut cognoscatis quod nullum in eo crimen inuenio. Exiuit ergo Iesus foras ferens spineam coronam & purpureum pallium, & dicit eis: Ecce homo. Cum ergo uidissent eum principes sacerdotum & ministri, clamauerunt dicentes: Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus: Accipite eum uos & crucifigite: ego enim non inuenio in eo crimen.

Voniam mundus hic pro corrupto suo ingenio lucem veritatis odisse solet, paucos in illo esse inuenire, qui veritatis ministros & iusticie studiosos suo patrocinio subleuent, & ut par est, tueantur. Esi enim non desint, qui veritatis doctrinam intelligant, & quid factu opus sit noverunt: quia tamen (ut Comicus ait) Obsequium amicos, veritas odium parit, huius patrocinium aut omnino deserunt, aut illud frigide nimis suscipiunt, & ne quem offendant, artibus & misericordis tergiversationibus utuntur, ubi constantia & serio studio quam maxime opus erat. Quæ causa est, quod a pijs ferè opprimuntur, & causis suis cadunt apud eorum quoque tribunalia, qui iusticie publice studiosissimi videri volunt. Exemplum huius rei euident in Pilato proponitur. Nostris est Christus innocentem esse, & certis argumentis iam compertum habebat: sacerdotes iniquo odio & inuidia agitato hanc aduersus illum actionem instituisse. Sciebat item sui officij esse innocentem ueri, iniuriam omnem prohibere, & iudicia publica sanctè administrare. At quia causam hanc cum multo odio coniunctam esse videt, nullum pro innocente periculum subire vult, & quamuis stratum cupiat, non tamen recta via ingreditur, sed ex carnis consilio rationes subinde nouas & iniquissimas excogitat, ut inuidiam omnem abs se deriuat. Primò enim ad Herodè regem transmittit, & eo facto, quantum in se est, innocentem prodit. Deinde cum nouo innocentia testimonio ad se remissum iniquissima compositione cum Barraba latrone confert, & sic ignominiam illi inferre atrocissimam & ipsa morte grauiorem. Sed quando ne hoc quidem consilium succedit, nunc militibus flagellandum & illudendum tradit, quem ueri debebat. Denique quiduis potius faciendum putat, quam ut pro officio eum absoluat, & contra vim iniustam tueatur. Ita verò dum proximum quodque periculum metuit, nouis subinde laboribus sese implicat, peccatum suum auget, & simul pericula sibi plura & grauiora accersit, quam si auctoritate sua fortiter esset usus, qua in probos illius Christi accusatores a suo tribunali reijcere & insontem ex illorum manibus liberare ipsi facillimum fuisset. Adèò laboriosa est & infelix seruitus illa, qua hominibus potius quam Deo gratificari student, qui carnis rationem audiunt & metum aliosus affectus in consilium admittunt, quando veritatis causam esse officio ueri debebant. Rectius autem et maiori cum fructu ista intelligemus esse, que deinceps sequuntur. Narrat enim Ioannes quid porro fecerit Pilatus, quando prioribus suis consilijs se nihil profecisse vidit: ubi multa concurrunt, que & eius iniustitiam & Iudæorum crudelitatem arguunt, multa item proponuntur, que nos officij admonent, in salutis negotio instituant, & in aduersis plurimum consolantur.

Et primò quidem nouum Pilati consilium describitur, qui Iesum acceptum flagellis cædi iubet. Pilatus Christum Deinde quia regni affectati accusabatur, militibus coronandum & illudendum tradit, ut eum flagellandum et illudendum tradit. Cum enim de eius innocentia multis testatus esset, subiunxit: Castigatum ergo eum dimittam. Iaque bona fuit Pilati intentio. Sperat enim Iudæorum rabiem hac ratione mitigari, & san-

guinarios eorum animos exacuari posse, ne quid porro fieri petant. At qui hoc ipso facto multatim peccat. Primo enim iniquum & iniustum iudicem agit, quando ignominiose flagellat innocentes & (ut ipse loquitur) castigare iubet eum, qui non castigari, sed defendi debebat. Deinde turpis & detestabilis ignavia est, quod improborum hominum furori tantum indulget, neque auctoritate ad eum reprimendum vitur. Impie etiam agit, quod militibus peccandi occasionem praeat, ut plures in sui sceleris societate attrahat. Illi enim (ut solent impij) licentia maiori, quam iusti in Christum sentiunt, & petulanti crudelitate nullum ignominiae genus praeferunt: nec Iudeorum sacerdotibus rem gratam faciant, quibus operam suam locauerant. Non contenti coronam ex spinis contextam capiti illius imposuisse, insuper eum per ludibrium chlamide purpurea & militari vestiunt, in manum vero dant arundinem scepri loco, deinde cum surrenti contempnant. Regem salutant, bacillis percutiunt & ignominiose conspuunt. At qui nihil horum illi facere poterant, si Pilatus officium fecisset. Neque tamen hic quoque ille substituit, sed mox graviter peccat, ut suo loco audiemus. Nunc quid tam in illo, quam in militibus & ipso Domino possumus observari debet, paucis indicabimus.

Pilati imitatores qui sint.

In Pilato exemplū proponitur eorum, qui aliqua Christi & veritatis cognitione illaminati, tamen prout Dei dono prout debebant & poterant. Volunt hi nonnunquam Christum in veritate suo & membris suis servare, sed tunc ferè eum impiorū ludibrio exponunt, & turpissime flagrant. Fit hoc circa evangelij doctrinam & externa religionis exercitia: quando aliqua concedunt accipiunt cum Dei verbo pugnantia, ut reliqua retineant, quae ipsi maiori momenti esse arbitrantur. Ita vero Christi doctrinam fedè dilacerant, & laniatam impiorum libidini accommodant, quibus plus quiddam audendi occasione arripiunt. Quoad autem membra Christi, non uno modo peccant. Hic enim revera Pilatos agunt, qui pios, quos tueri poterant, in hostium gratiam vel infamiam qua publica notari, vel fortunis multari, aut etiam in exilium eici patiuntur. Et hi quidem vitam hac nihil pretiosius esse putant, egregie se officio suo functos arbitrantur, si non profus occidant eos, quos sua auctoritate tueri debebant. Peiores tamen his sunt, qui hoc ipso praetextu Christi abnegationem cogunt, quasi verò satius sit Christum quam vitam hanc miseram atque miseram amittere. Exponunt isti pios ludibrio hostium Christi, qui interea exultant & animi maiorem veritatem maiores concipiunt, neque adversus illam ferociter desinunt, donec pios omnino subleant & extinctos videant. Fit ergo, ut qui Christum in membris & doctrina sua flagellarunt, eandem strendi in crucem quoque suffigere cogantur. Caveant ergo sibi ab ignavis & infidelibus confessoribus, qui Christo nomen dederunt: neque aliquid faciant in hostium Christi gratiam, quod vera confessio aliqua ex parte adulteretur, aut sua pijs libertas eripiat. Quod si verò non possunt obtinere quod volunt, saltem Iosephum ab Arimathea imitentur, qui cum Christi causam in Hierosolymitano senatu tueri non posset, in eius tamen mortem consentire noluit, ipsi quoque innocenter damnari protestatus est. Debent praeterea ex isto exemplo singuli privatim generalem doctrinam petere, ne quod per se malum esse sciunt faciant, ut inde aliquid boni eveniat. Nisi enim hoc canone probè intendamus, facile nobis boni specie satan imponet. Peccant igitur, qui ut rei domesticae custodiant (quod per se bonum & sanctum est) militiam mercenariam sequuntur, aut ad imposturas & artes usurarias animum appellunt. Peccant similiter, qui in furtis puniendis remissiores sunt, ut atrocibus committendis detur occasio: qui item scortationem permittunt & lupanaria publica deputant, ut Sodomiae & alijs libidinis illicitis ostium claudatur. Habent isti suas rationes, in quibus sibi mirifice placent: sed firma semperque rata manet Apostoli sententia: Non sunt facienda mala, ut veniant bona. Rom. 3. Neque adeo misera & infelix est iustitiae & pietatis conditio, ut peccati aut scelerum admittendis opus habeat. Cumque Deus lenioribus quoque peccatis suas penas constituerit, ista quoque prout par est coerceri debent, ne eorum licentia alicui ad graviora transierint: quod plerumque fieri videmus, quam primum homines sibi aliquid contra Deum permittunt.

Milites in Christo Iudeis quoque illudunt.

Deinde in militum actione quadam consideranda veniunt. Venerunt isti (ut diximus) crucifigari Iudeorum sacerdotibus. At quia prophanis animis Deum verum eiusque sacra contempserunt, sibi ipsi temperare non possunt, quin Christo cum publica Iudaei nominis contumelia illudant. Cum

enim dicunt, *Aue rex Iudaeorum, non tam Christum derident, quam Iudaeis simul omnibus insultant, atq. illis suam de Messia & rege venturo spem exprobrant. Et hoc quidem ab illis patiuntur Iudaei, quorum opera in Christo opprimendo uti voluerunt. Solet hoc ipsum ferè omnibus accidere, qui exterorum ope atque auxilio contra veritatis doctrinam & huius sectatores utuntur: ut nimirum seipsum simul & communem patriam hostium libidini exponant, & sibi ipsi quoque malum accerant. Vidimus exempla eius rei in nonnullis nostro seculo, qui ut euangelij doctrinam ex Germania eicerent, exterius milites in patriam communis viscera adduxerunt, à quibus ipsi quoque grauisima quoque passi sunt. Interim in tota hac militi actione apparet, quae semper in hoc mundo futura sit Christi & regni eius species. Neque enim dubium est, milites hosce communi errore & confidentia deceptos fuisse, ut Romanum Imperium inuictum & aeternum putarent. Fuit enim tunc publica haec persuasio, ut sola Roma Dejs curae esse crederetur, cuius Imperatores vita defunctos solebant in Deorum numerum referre. Ideo putant illi Christum quauis contumelia & omni illusionis dignum esse, sed in Romani Imperij deridimentum aliquid inter Iudaeos vel cogitare ausus sit. Itaque in sanguinaria Ieronimum cohorte à turpissimis nebulonibus ridetur, conspuitur & ignominiose rapulatur. Solet hoc ipsum hodie etiam fieri. Reges enim suarum virium fiducia ebrii, sese extra omnem fortunae casum confisuros arbitrantur, neque illis satis esse videtur, si humana omnia pro suo arbitrio versent, sed in diuinis quoque omnem sibi potestatem vendicant, & Dei cultum prout ipsis videtur instituant. Habent autem adulatores suos, qui per se insipientes instigant, & ex illis Semideos faciunt. Itaque variis laudibus ebrii nihil non sibi licere putant: & quia Christum eiusque doctrinam sibi aduersari vident, illum in suis membris exinctum volunt, & persecutiones instituunt horribiles, ut unquam ad eius professionem absterreant. Atqui vinci non potest Christus, cui omnis potestas data est in caelo & in terra. Interim quasi inter spinas sedet, dum ab omnibus infestatur, ridetur, conspuitur. Et quia vulgi stulti putantur, qui inuitis & reluctantibus magis illis Monarchis religionis formam propriam sequuntur, passim in illos infelix mundus ludibria sua & conuicia expuit, & omni suspicio dignos indicat. Gestat ergo adhuc hodie spineam coronam Christus in membris suis, quando quoniam illum credunt, eius quidem beneficio reges & sacerdotes facti sunt, iidem tamè mundi iudicio miserimi omnium mortalium videntur. Sed neminem ista offendant, nec quisquam ideo de Christi rege & potentia dubitet. Nam perijt non multo post Romanum Imperium, & cum in Nerone vulnus illud letale accepisset, cuius mentio fit in Apocalypsi, militum favore in exteros transferri cepit, tandem vero barbaris nationibus in pradam cecidit. Christus autem suum regnum nequicquam reluctantibus Romanorum Imperatoribus per totum orbem propagauit, quod in hunc usque diem durat, & perpetuo durabit, neque eius finis erit ullus, sicuti Mariae angelus Gabriel promisit. Quod ergo olim de Christi persona accidit, hoc ipsum hodie fieri cogitemus. Agunt quidem triumphos impij, & victoriam penes se esse arbitrantur, ideoque piorum capitibus perculantur insultant. Sed interea illis foueam parat Dominus, in qua dignas impietatis suae penas exoluant.*

Regni Christi species in mundo.

Sed ipsum quoque Christum videamus, qui cum ista facile prohibere posset, propter nos tamen sustinere voluit, ut quod ipsi merueramus supplicium à nobis auerteret. Nam ut Isaias ait, vulnera ter est propter transgressiones nostras, & afflictus est propter iniquitates nostras. Omnia itaque propter nos suscepit, quae (ut D. Cyrilli verbis utar) repulsiuas vires habuerunt, quibus ea repulsa sunt, quae nobis merito acciderent. Meruerat enim primi parentis superbia, quae sese aduersus Deum attolere facit ausus, ut aeterna damnationis ignominia notaretur. Voluit ergo omne genus contumeliae sustinere Christus, ut quam ipsi merueramus ignominiam aboleret. Flagellatus ergo iniuria fuit (ut rursum Cyrillus loquitur) ut à vulneribus, quae iure peccatis nostris perpeffimus, liberaret. Alapis caesus & illusus est, ut illisori Satanae nos illudere possimus, & praecauaricationis peccatum fugiamus. Et quemadmodum mors Christi, qui morti non subiciebatur, ad destruendam omnium mortem sufficiens, sic intelligere ac credere oportet, flagella & decora Dominum perculisse, ut à talibus nos liberet. Praecipuum ergo in tota hac actione est nostrae redemptionis & salutis mysterium, quod nos semper ab oculis habere conuenit, ut consolatione ex eo habeamus, quod primo intuitu atrox nimium & horrendum videtur. At simul de multis alijs obseruatu perquam necessarijs suo exemplo Christus admonet. Et primo quidem, quia primi parentis superbiam tam atroci filij Dei contumelia expiari

Christus propter nos haec omnia passus est.

6 facto multitudine
lagellat innocen
it. Deinde turp
que auteruat
onem praer, et
ri, quam iustit
nitunt; nimiru
Non contenti
in chlamide purp
scurris conu
rum illi fueru
nox grauiora
Domino passio
ione illuminat
Christum in
urpissime flag
a concedunt
ri esse arbit
mmodant, quia
vno modo pecc
am vel infama
Et hi quidem
non profus
pso praerecti
miser am atq
ne & auim
omnino sublat
arunt, eandem
idiosis confus
gratiam, quae
si vero non po
isti causam in
sumque inuocem
meralem dicit
si enim hic an
ei demerite
re ad impo
nistris sunt, ut
aria publica de
s rationes, in
Non sunt facin
prietatis condit
peccatis suas pen
ad grauiora
aria Dei lege
e diximus
era contem
alia illudant



oportuit, discimus quàm alieni à fastu & superbia esse debeat, qui Christi membra fieri & eius merito seruari cupiunt. Qui enim eius nomen professi luxu & fastu sese ostentant, ne illi parum cogitant, quanto pretio redempti sint, neq. multum absunt à militum istorum moribus, dum ipsi etiam Christi suam illam humilitatē atq. propter nos susceptas contumelias quasi exprobrant. At quia de hoc loca in Marco diximus, consulto hic breviores sumus. Deinde vindictæ cupiditate nos refringentes detestatur Christus, quæ ut omnibus innata est, sic scelera in nobis plurima parit, si illi habentur laxata. Facit enim ut aduersus Deum murmuremus, & diris execrationibus illum cupiamus citra pietatem nostros carnisfici munus subire, & quæ illis imprecamur supplicia exequi. In proximum vero non facimus, quod impotens libido & ira effrenis dicitur. Causa autem tanti mali est, quod de nobis innocentia nimium præsumimus, nosq. de illis qui nos ledunt meliora meritis esse putamus. At tanta vana sint persuasiones istæ mox patebit, si Christi intueamur, & nostros simul mores ad veritatis regulam examinemus. Fuit ille hominum innocentissimus, neq. ab iniurijs tantum abstinent, verum etiam in quosvis beneficia contulit innumera. Patienter tamen iniurias & contumelias sustulit, ut (ut Petrus ait) cum conuictis afficeretur non vicissim conuictus est. Quæ ergo ratione nos contumeliam conuicti & iniurias, quas nobis vindictæ cupiditas extorquet, qui & in homines peccamus, & Dei iram assiduè sceleribus accendimus? Imitemur ergo Iesu Christi mansuetudinem, & ita multis nos ipsos curis, laboribus atq. periculis liberabimus, quorum nobis ipsi autem sumus, quando cæcis carnis affectibus indulgemus. Postremò martyres suo exemplo confirmamini, ut impiorum ludibria, contumelias & quæcumq. aduersus illos tyranni crudelis excogitant, patienter ferant, neque suam in hoc mundo conditionem lautiores esse velint, quàm Christi. Nam quod ille sepe monuit, non est feruus maior hero suo. Solexur autem nos inter ignorantium mentorum cruciatus gloria, quæ Christi mortem secuta est, vel potius in quam ipse per mortem ingressus est. Vult enim nos ille secum esse, & (ut Paulus scribit) si cum illo affligimur, cum eodem regnabimus: si cum illo morimur, cum eodem etiam viuemus. 2. Tim. 2. Et hæc quidem in prima huius loci partem dicta sint.

Christus illusus
produciuntur.

Redeamus nunc ad historiam, & videamus quis consilij huius iniquissimi euentus fuerit. Iesus enim Christum flagris concisum, sanguine & spuo sedatum, adhuc coronam spinarum ferens, & militari veste indutum ad populum producit, sperans fore, ut miserabili hoc aspectu moueretur. Quod ut facilius apud eos impetret, rursum de eius innocentia testatur: Ecce (inquit) aduersus vos foras, ut cognoscatis quod nullum in eo crimen inuenio. Sed & ipse Dominus ad suam confirmationem omnes excitans ait, Ecce homo. Quasi diceret, Videte quæ quæ mea sit facies, & quæ perpessus sim, qui propter vos homo fieri dignatus sum. At nihil omnibus istis proficitur apud eos Christi hostes. Sacerdotes enim cum ministris hoc viso luporū instar conclamant, & ut in crucis supplicium rapiatur postulant: simulq. suo exemplo populum excitant, ut vna omnium crucifige crucifige. Vbi rursum illi innocentia testimonium Pilatus ferens illorum iniquitatem palam accusat, dicens: Accipite eum vos & crucifigite: ego enim non inuenio in eo crimen. Quæ verbis non quidem illis ipsum crucifigendi potestatem facit, sed vsitata dicendi formula rei innocentiam exprimit, & se ab innocentis supplicio toto animo abhorre docet. Quasi diceret, Si adeo leue facinus videtur insontem occidere, agedum ipsi de hoc crucis supplicium sumit. Ego hoc nunquam fecero, qui ut ius dicam legesq. bonas tuear in hanc provinciam misisse sum, non propterea libidini aut insanie morem geram. Rursum ergo ab homine prophano eorum iniquitas arguitur, qui veri Dei cultores censei volebant, imò qui in populo Dei primatum tenebant. Sed etiam illius supplicio digni, commiseratione autem indignissimi fuerunt, quos neq. tot testimonij confirmati Christi innocentia, neq. eiusdem miserabilis conspectus mouere potuit, ut crudelis animos exonerent. Quocies ergo horribilem de istius gentis & vrbs excidio historia audimus, tunc nobis hoc iudicium & insatiabilis illorum rabies in mentem veniat, & mox patebit, Deum in illis punire voluisse, sed iustissimi iudicij officio functum fuisse. Imò illius gratia agnoscere cogemur, qui nos per apostolos dedit salutis præcones, & penitentiæ tēpus concessit, multosq. ad se conuersos dedit. Cæterum quod præcipuum huius loci caput est, obseruemus in tuenda veritate causam & consilij iniqui nihil profici, sed constantia & fortitudine opus esse, quæ impiorum ferocia frangatur.

Et enim illorum, quae ferarum aut belluarum natura est. Nam ut haec non nisi seueriori disciplina
 ciarantur, ita qui aduersus Deum semel cristas erigere ausi sunt, nunquam mitescent, nisi se aliqua
 maiori auctoritate premi sentiant. Adumbratur praeterea hoc Christi exemplo, quae priorum et mem
 brorum ipsius in hoc mundo fors sit. Ut enim nulla commiseratione ille dignus putatur, sed sedisime
 latitatum ad grauius supplicium Iudei deposcunt: ita hoc in credentes immisericorditer et absq[ue] omni
 humanitatis sensu impij saeuunt, neq[ue] ullis tormentis pijs exacerari possunt: adeo ut in vulgo mul
 ti carnicidibus crudeliores reperiantur, quando diutius cruciari volunt eos, quos illi accelerata
 morte liberare cupiunt. Sed non dormitat Deus, qui ut olim Iudeorum crudelitatem puniuit, ita
 procul dubio suorum sanguinem requiret de omnium manibus, qui illam imitantur. Interim Christi
 exemplo sese consolentur, quicumq[ue] in talium manus incidit, neq[ue] impatientius ferant, quae olim Dei
 filius pro nobis ferre dignatus est.

Porro nunquam non in auribus nostris sonare debet Christi dictum, Ecce homo: et simul animis
 semper obuerferetur eiusdem miserabilis imago, quam Ioannes singulari diligentia describenda puta
 uit. Admonet enim haec quanta sit peccati atrocitas, quam nisi recte agnoscamus, nunquam ad serium
 peccatis studium accendemur. Quia enim carni leue videtur peccare, peccati blandicias facile admit
 tit, quibus irremediabilis in grauisima scelera abripimur. At nisi horribilis esset peccati facies coram Deo,
 nunquam illud tam atroce et miserabili filij Dei contumelia expiari oportuisset. Sufficiat ergo nobis
 haec una ratio aduersus cupiditatu[m] illecebras et eorum blandiloquentiam, qui omnem numinus me
 tum nobis excutere et quiduis audendi licentiam persuadere conantur: studeamus autem innocentiae
 et sanctitati, ne Christi meritum improbe conculcare videamur, dum licenter nimis in quatuor secle
 rarumus. Quod si vero nos interdum improbo carnis affectu abripimur, non tamen idcirco spem
 salutis nobis excuti patiamur. Sarciet enim defectus nostros Iesus Christus, cuius innocentia[m] ideo tot
 argumentis et testimonijs asseri oportuit, ut illum sufficientem pro peccatis nostris victimam esse sci
 rimus. Hunc ergo amplectamur fide constanti, qui cum nobis a Deo patre sapientia, iustitia, satisfactio
 nis, et sanctificatio factus sit, suo merito solus tueri potest ut iustificati vitam aeternam cum illo vi
 uamus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria et potestas in aeternum. Amen.

HOMILIA CLXVI.

Responderunt ei Iudaei: Nos legem habemus, & secundum legem
 nostram debet mori: quia filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus
 hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est rursus praetorium, & di
 cit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit er
 go ei Pilatus: Mihi non loqueris: nescis quod potestatem habeam cruci
 figendi te, & potestatem habeam absoluendi te? Respondit Iesus: Non
 haberes potestatem aduersus me ullam, nisi tibi datum esset supernum:
 propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Ex eo quarebat
 Pilatus absoluere eum, Iudaei autem clamabant dicentes: Si hunc ab
 soluueris, non es amicus Caesaris. Quisquis se regem facit, contradicit
 Caesari.

Passionis dominicae historia non modo redemptionis nostra[m] mysterium continet, vna cum multis
 alijs, quae ad nostram institutionem atq[ue] consolationem faciunt: verumetiam hostium Iesu Christi
 exemplo docet, quo ingenio et quibus moribus praediti sint omnes, qui euangelij doctrinam extinctam
 & Christum in membris suis oppressum volunt. Costat autem inter illius hostes primatum tenuisse
 sacerdotes, quos priuati commodi studium et ambitio extimulauit: iidem vero Rempub. et Dei glo
 riam impijs suis conatibus praerexerunt. Accessit his Pilatus praefes Romanus, qui rem omnem
 statim offecit, et illos quidem ex inuidia actionem istam suscepisse, Christum vero innocentem esse in
 tellexit: sed idem non voluit periclitari propter illum, ex quo nullum commodum sperare poterat.
 Quia causa est, quod neque legibus agit, neq[ue] suam auctoritatem qua decebat constantia interponit,

sed ad artes & consilia insidiosa conuertitur, de quibus nuper est dictum. Solet hoc ipsum etiam die fieri. Præcipui enim synceriores de Christo doctrinæ hostes sunt purpurati præfules, qui cum in ecclesia Dei potestatem penes se esse volunt. Non alijs autem causis hi quos mouerunt, quam quod olim Iudeorum sacerdotes aduersus Christum excitarunt: quas tamen simili etiam suo ueritate regere nouerunt. Et quamuis non ignorent plerique ex principibus, quales illi sint, quia tamen non ferè à religione alieni sunt, stultum illis uideretur propter hanc contumaciam periclitari, aut latere aliquos suscipere. Itaque causam hanc aut omnino à se reijciunt, aut eam ignauiter & frigidè agunt, ne aliquem offendant, cuius amicitiam sibi uitilem esse arbitrantur. Tunc uero eorum non meminisse deet, quæ olim cum Christo acta sunt, ne similibus offendamur, interim uero salutem in Domino firmam & inconcussam teneamus, cuius decreta rata erunt semper, utcumque mundus in eum suo principe ferociat. Et huc præsens etiam locus referri debet, in quo rursus multa conuincuntur, quæ nos cautiore reddere & de multis cognitu necessarijs edocere possunt.

Iudei Christum
lese maiestatis
diuinae accu-
sant.

Iterum autem primi prodeunt Iudei, qui cum crimen regni affectati nullis argumentis prode posse, à Pilato autem derideri, atque insuper Christi innocentiam subinde magis patet fieri uideant, nouam aduersus eum actionem instituunt. Accusant enim impietatis aut læsæ maiestatis diuinæ quod se filium Dei dixerit, & ita diuinos honores sibi usurpari. Et quia sciebant Pilatum uentilius atque ueri Dei rationem non usque adeo magnam habere, leges suas uigent, quas illi Romanus hucusque saluas reliquerat. Dicunt ergo: Nos legem habemus, & secundum legem nostram delictum, & c. Quasi diceret, Esto, nihil fecerit Romanis legibus uindicandum, ut tamen in nostram legem peccauit, quas ab ipso Deo latas in hunc usque diem seruamus, & quas Romanis, cum rerum in terra nostra potirentur, minime abolendas esse censuerunt. Lubent hæc eos morte multare, qui Deum mine abutuntur, aut Deos novos siue alienos fingunt. Utrumque uero iste fecit, quando Dei ueritatem signum prætexuit, & se Dei filium dicendo sibi uindicauit, quæ solius Dei sunt. Ad mortem abripere meretur, neque tibi licebit nostras leges abolere, quibus ex Imperatoris Romani beneficium usque saluas & ratas ussumus. Hoc (inquam) Iudeorum argumentum est: in quo utraq; propositio uera est. Quod enim de Lege dicunt, non est dubium: & scimus optimis quibusque semper abundantiori fuisse eos, qui Dei gloriam uel sibi ipsi uindicare, uel in alios transferre ausi sunt. Iam tamen Israeliticus rex, etsi in religione non omnino syncerus esset, intolerabilem tamen blasphemiam tenuit, quod à Syria rege Naamanum iuberetur à lepra mundare. Rectè ergo legem Dei uindicantur Iudei, & quidè multò rectius, quam multi ex Christianis hodie, qui gloriam Dei in creatura transferunt, & quosuis patientur ferunt, qui quæ solius Dei sunt sibi ipsi uindicant. Deinde uero quoque erat, quod Christus se Dei filium dixisset. Supra enim Capite quinto miraculum diuinitatis editum hoc argumento excusat, quod sibi idè liceat quod Deo patri, cuius ipse sit uerus filius. Deinde in super etiam octauo & decimo Capite in eandem sententiã ab illo dicta audiuimus. Ceterum ueris propositionibus illi falsum colligunt, quod nimirum impietatis damnari & occidi merentur. Unde uero hoc? Ex eo haud dubiè, quod non simul expenderunt diligentiùs prophetarum uerba, qui Messiam Dei filium uerumque Deum esse docuerunt. Nam in Psalmo secundo ipsum Deum loquentem inducit spiritus sanctus: Recitabo decretum, Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, hodie genui te. Isaias uero Cap. 35. Deus ipse (inquit) ueniet, & seruabit nos. Et Cap. 60. Deus natus est nobis, filius datus est nobis, cuius imperium erit super humero eius, & uocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Heros fortis, Pater aternitatis, Princeps pacis. Item in eodem Cap. 23. de eode uaticinans inter alia scribit: Et hoc nomen eius, quo uocabunt eum, IERONIMUS in iusticia nostra. Et huius generis infinita in prophetarum scriptis leguntur, quæ si Iudei attentè prospexissent, haud dubiè minori cum temeritate Legem Dei allegassent. Deinde sola uerba Christi uolunt odiosè, non autem facta obseruant, quibus se & Messiam & Deum uerum esse abundè probauerat. Calumniatores ergo sunt, dum eum accusant quod se Dei filium esse dixerit, improbe autem dissimulant eius opera & argumenta, quibus ipsorum calumnias non semel ualidissime confutauerunt. Neque ex simplici ignorantia hoc faciunt, sed malitiosè, simulque omnibus alijs facum fecerunt conuincunt. Accedit his impudentia turpis, quando Christum eius sceleris accusare non uerentur, cum reuera ipsi tenebantur. Annon enim ipsi sese aduersus Deum efferebant, & in hunc sibi ius atque potestatem

...dicabant, cum abolitis Dei legibus suas substituerent, sacra pro suo arbitrio mutaret & venalia haberent, satisfactionem & remissionem peccatorum vna cum omnibus, quae ad hominis salutem faciunt, in suis viribus & suorum operum meritis constituerent? Qui ergo seipso solebant Deos facere, cum in omni ipso vitam diaboli mores & ingenium conspicerentur, Christum accusant & mox ad mortem rapi volunt, in cuius dictis & factis evidentissima vera diuinitatis argumenta elucebant. At qui eadem omnino hodie faciunt aduersarij nostri. Frequentes in ore habent scripturae locos, quibus eum tantum puniendos & vitandos esse eos, qui in ecclesia haereses atq; schismata seminant, qui summi Pontificis sententiae stare nolunt, qui Christi ecclesiam contemnunt, qui sanctos caelites violant & sacramenta prophano vsu polluant. Quis vero istud negat? Vbi autem et agiticis cominationibus omnium aures atq; animos oppleuerunt, nos schismatum auctores esse, nos haeretica dogmata spargere, nos summi Pontificis decreta conculcare, Christi ecclesiam contemnere, sanctos omnes vna cum virginis marie violare, sacramenta a discerpere & prophanare clamant. Quibus vero rationibus haec crimina probent, non multum solliciti sunt: imò quasi sufficiat accusauisse, illico duci volunt omnes eos, quos ipsi tales esse dicunt. Neque pudet improbos illos nobis intentare crimina, quorum ipsi imprimis tenentur. Quis enim ignorat, per ipsorum et aditiones Christianum orbem in sectas innumeras diuisum, & simplicem fidei doctrinam absurdissimis superstitiosisq; figmentis esse corruptam? Aue qua fronte nobis summi sacerdotis auctoritate diuina lege sancitam obijciunt, qui contra noui Testamenti lege nouum sacerdotium inuexere, & vnicum eternumq; ecclesiae Pontificem, Iesum Christum, solo suo deicere non verentur, quoties suas satisfactiones, Missae suae sacrificium, opera supererogationis & sexcenta alia ecclesiae obrudunt? Quis vero vnquam Christi ecclesiam tam scurriter contempsit, ut isti qui ludos in illa agunt omnis generis, & suam ingluuiem sub plausible ecclesiae nomine saturant? Vel num Diuos caelites illis cordi esse putabimus, qui illorum doctrinam atq; fidem in terris hostiliter persequuntur? Sacramenta autem quis turpius prophanare & conculcare poterit, quam qui illis ad Christi meritum abrogandum abutitur, & turpissimis scortatoribus vendenda committit? Et cum haec illi faciunt, seq; in ipso scelere deprehensos sciant, adhuc tamen quasi bene gesta suam nobis auctoritatem obrudunt, & nos immanissimorum criminum reos agunt, quae ad ipsos committuntur. Hic ergo oculis & auribus apertis opus est, ne talium clamoribus nos decipi, aut vero abstereri patiamur.

Porò Pilatum videamus, qui audita filij Dei mentione timuisse dicitur: nimirum propter inuicem, qua ipsum paulo ante affecerat, ut nuper audiuimus. Timoris huius causa fuit, non veri Dei cognitio, sed superstitiosa & falsa de Dijs fictitij opinio, quae iam seculis aliquot per multas partem traditiones et confirmata. Credebant enim gentes Deos suos interdum relictis caelis in terras descendere, & modo caligine aut nebula repletos, modo assumpta hominum forma inter homines versari. Exempla huius persuasionis poetarum fabulae multa exhibent, & memorabile cum primis est, quod de Lystrisibus Lucas in Actis narrat, qui miraculosa claudi cuiusdam restitutione per Paulum & Barnabam facta excitati, clamabant: Dijs assimilati hominibus descenderunt ad nos. Neq; in eo subitit in felix superstitio, sed eò vsq; miseros seduxit satan, ut Deos suos hominum amore impero capi, & cum mulieribus cogredi crederent, vnde Deorum filij nascerentur, quos illi Semideos dicebant, & quos lesisse nefas esset. Hinc illa Heroum genealogiae apud poetas, qui illorum originem ad Deos vsq; referunt. Et passim historiae extant, quam grauius multi publice & priuatim puniti sunt, eo quod ex Dijs progenitos contumeliosius tractauissent. His ergo fabulis deceptus Pilatus in suspicionem venit, Iesum Dei alicuius, quales inter gentes colebantur, filium esse, & male erga illum traditionis sibi conficiens timeret, ne ab ipso sceleris poena exigantur. Ideo rursus eum abducit in Praetorium, & quaerit, Vnde es tu? Id est, ex quo nam prognatus es, homo ne ex homine, an ex Deo aliquo originem ducis? Vbi obseruabimus, Pilatum gentilitio errore deceptum fuisse, interim vero habuisse pietatis principia, quibus monebatur, non violandos esse Dei filios. Quamò igitur melior fuit multis Christianis, qui cum Iesum Dei filium Deumq; verum esse profiteantur, nullo tamen eius timore percelluntur, sed quiduis cetera illi pro sua libidine designant, perinde ac si nullus in caelo Deus regnaret? Faciunt hoc, qui illi suum honorem eripiunt, quem vel in seipso vel in alios transferunt, quos sibi Mediatore & Seruatore fingunt, ne quicquam illo clamante: Ego Dominus, hoc est no-

Pilatus timet
ob mentionem
filij Dei.

men meum, & gloriam meam alteri non dabo. Eadem audacia peccant, quotquot eum in
impie contemnunt, sacra eius prophanant eorumque nundinatione tam ipsi quam ecclesie ipsius
dunt. Peiores his sunt, qui aduersus ecclesiam eius hostiliter insurgunt, illum in membris suis pro
veritatis confessione persequuntur, flagellant, conspuunt, imò crudeliter necant. Nec omnino
horum catalogum censei debent homines privati, qui Dei filios artibus vsu arijs circueunt, sed
iuris legumque preceptu opprimunt, fortunam suam spoliant, in periculis constitutos proditorie deserunt
& quous iniuriarum genere grauant: neq; Christum iudicem verentur, qui olim dicturus est, Quis
vni ex hisce minimis fecistis, mihi fecistis. Atqui sunt ista omnia hodie inter eos, qui Christum
& haberi volunt. Omnes vero illi Pilato peiores sunt, quem temere oborta de filio Dei suspicio
rere potuit.

Christus Pila-
tum responso
non dignatur.

Ceterum nullo responso illum dignatur Dominus, & sui silentij rationes habet gratissimas.
Primo enim non stabat ad eius tribunal vt causam diceret, & sese defenderet, sed vt ex patris
to damnationis sententiam subiret, & agni instar (vt olim Isaias fore praxerat) pro peccatis
suis immolaretur. Deinde indignus erat Pilatus, cui ipse responderet. Eisi enim in illo reliqua
essent communia pietatis principia (vt modò diximus) idem tamen prophano contemptu con-
gnoscente veritatis studium iam pridem excusserat, & ideo nuper Christo de veritate necesse
serere cum fastidio & indignatione dixerat, Quid est Veritas? Et iam non aliam de Christi
cionem concepit, quam quòd eum instar Herculis aut Aeneae ex lasciuo & incesto alitius Deum
cum muliere mortali concubitu procreatum esse putat. Quid ergo apud eum Christus profectus
rat, etiamsi prolixum de aeterna sua ex patre generatione, de incarnatione ex virgine, deq; redemptio-
nis humanae mysterio sermonem instruisset? Hec certe homini prophano Siculus gerris ratur
vel etiam absurdissima visa fuissent, & inde nouam habuisset Christum irridendi occasioem.
ergo discipulis praecepit, ne sanctum canibus aut margaritas porcis projiciant, hoc ipsum in pro-
obseruat, & nobis exemplum praeber, vt quando nobis cum a peris hostibus veritatis res est, magis
& graui iudicio vt amur, ne temere quiduis apud quosuis dicendo causam hanc omnem impudico
dibrijs exponamus. Faciunt hoc multi non sine magno scandalo, quando non requisiti in tempore
de religione disputationes institunt, aut ne quid ignorare videantur, temere ad quosuis
spondent.

Pilatus Christo
minatur.

Sed ad Pilatum redeamus, qui se ampliori responso indignum esse non obscuro indicio docet.
enim paulò ante aliquem numinis metum animo conceperat, nunc Christi silentio offensus, quia
illo contemni putat, in vocem inquisitam & arrogantiam plenam erumpit, dicens: Mihi non
rur? nescis quòd potestatem habeam crucifigendi te, & potestatem habeam absoluedi te? Ergo
potestatis fiducia ebrius, omnem Dei timorem simul ex animo eiecit. Cum enim horrendum
supplicium ei imminit abundus denuntiet, de cuius innocentia toties iam restaret fuerat, & quòd
filium dici audierat, quis illum serio numinis metu affectum fuisse arbitretur? Quid enim
ceret, si Deos simul omnes simpliciter negauisset? Interim tam insolenter suam potestatem
seipsum maxime infamat & iniusticia extrema damnat. Cum enim eum postea damnauerit, post
(vt ipse fateatur & iactat) absoluedi poterat, constat hoc illum scientem fecisse contra iudici-
cium: & seipsum excusatione spoliavit hac dicendo, quam solam pratexere poterat. Desipens
dicat se potestatem habere occidendi innocentem, non in iudicium, sed latronum & sicarios in
seipsum censei, qui absq; iuris & legum respectu quosuis obuios iugulat. Pilati vero similes sunt
ni, qui sibi in ipsas leges & iura publica potestatem vendicant. Placent hi sibi ipsi in sua arroganti-
& nunquam non plenis buccis iactant suum in terris suis imperium. Sed quò magis illud prae-
edò magis seipos infamant, cum eo non fortiter vtantur in puniendis malis & defendendis bonis,
ferè ab omnibus affligi patiuntur. Ita vero impiorum superbiam Deus vlciscitur, vt ipsi sibi ipsos
& ignominia auctores sint.

Christus Pilati
arrogantiam
corripit.

Equidem Christus quoque in presenti tantam arrogantiam non fert, sed Pilatum grauius
prebendit. Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset, superius, &c. Quae
ba tam de magistratus officio exponi possunt, quam de aeterno Dei decreto, qui filium suum in
manifestatum ad prophani iudicis tribunal damnari voluit. Sensus ergo est: Adulterum fallere
de

do tibi quiduis in me licere putas. Et si enim hic sis cum imperio & magistratum geras tibi ab Imperatore legitime commissum: scire tamen debebas magistratus auctoritatem non ex hominibus, sed à Deo esse, qui eandem certis legibus circumscripsit. Non ergo tibi quod libet licet, sed quid tui sit officii videre debes. Et quoad me, nisi ira de me iam inde ab aeterno statuisset pater, ego nunquam in manus tuas venissem, neque tu ista dicendi occasionem haberes. Sed cum tu nihil horum intelligas, neque ex privato affectu mihi manum inieceris, sed Iudei huius mali auctores sint, qui me insidiosè capere & iniquis sententijs condemnatum tibi tradiderunt, grauior illorum culpa est, eo quod non contenti sua auidia insuper tua auctoritate & à Deo instituto magistratu pro sua libidine abutuntur. Et hoc dicendo, non modo Pilati arrogantiam retundit, sed simul officij eum admonet, & scelus arguit, quod tam ipse quàm Iudei in fundendo sanguine innoxio designaturi erant: adeoque ad ipsius Dei tribunal citat superbum hominem, quem Romani Imperij maiestas excœcabat, ut sibi quiduis licere putaret. At simul generalem doctrinam hæc verba continent, magistratus à Deo potestatem accipisse, non est enim potestas nisi à Deo, Rom. 13. non quidè liberam, sed certis legibus limitatâ, cuius finis est publica salus, qua in scelerum correctione & bonorum defensione potissimum consistit. Docent hoc passim sacræ literæ, qua iudicium omne Domini esse, & hunc sua iudicia regibus dedissetantur. Grauis ergo illorum culpa est, qui diuinitus concessa potestate ad suam libidinem abutuntur, & idè sibi quiduis licere putant, quòd se in excellentiori aliquo gradu constitutos vident. Grauius tamen illorum scelus est, qui magistratu abutuntur, & iudices falsis criminibus aduersus innocuos prouocant. Vbi sunt eo dolo quondam prophetarum hostes, qui illos apud regum tribu-
 nalia accusarunt, quasi res nouas molirentur, & pacem publicam turbarent, vel etiam cum patria communis hostibus colluderent. Et hodie in criminibus eiusmodi fingendis mirifici auctores sunt E-
 piscopi & Monachi, qui regum aulas sequuntur, & illorum animos aduersus puriorem euangelij doctrinam inflammant. Similiter aduocati peccant, qui in causis priuatis legum auctoritate abu-
 tuntur, & iudicibus fucum faciunt, ut sententijs iniquas ferant, quando se officio suo fidelissimè fun-
 gi arbitrantur. Meminerint autem omnes isti, in cœlis Deum regnare, qui iudicium consensibus in-
 terfessententijs eorum audire, & si quid contra ius aut æquum designetur, id prout par est vici-
 si consuevit. Est præterea alius quoque verborum Christi vsus, ut priorum consolationi seruiant
 in aduersis & persecutionibus, quas contra illos impij veritatis hostes instituant. Furunt quidem
 aduersus illos indomitè tyranni, & suas vires insolenter iactant. Sed nullas habent, nisi quas Deus
 illis dedit, qui easdem suo freno gubernat, ut nihil contra nos possint quàm quòd ipsis permittitur
 ab eo, qui pios capitis nostri in numero habet. At nihil ille permittit impijs in suos, quàm quod sua
 gloria & ipsorum saluti seruire nouit, ut alibi prolixè à nobis est dictum. Singuli ergo hæc Christi ver-
 ba ad se transferant, & ea opponant hostiù cominationibus, quas hac spe confirmati facillè vincunt.
 Quid verò ad ea Pilatus? Nouo rursus timore percussus ipsum absoluendi occasionem querit. Pilatus Christi
correctione
terretur.
 Nouum autem modestiæ exemplum exhibet, qua plerisque Christianos longè superat. Accusauit
 eum & grauius corripuit Christus, homo (illius iudicio) miser & qui propter incerta de religione
 degenata gentis suæ odium contra se prouocauerat. Poterat hinc nouas iras concipere, & vindictam
 meditari, ut suam contra illum potestatem declararet, quam ab eo contemni videbat. Sed terretur
 patus, & nouum eius seruandi consilium querit. Quàm ergo alienus fuit à Christianorum principu-
 meribus, qui hodie à suis quoque consiliarijs reprehendi nolunt, & nullam sibi iniuriam atrociorẽ
 fieri posse arduantur, quàm si quis dicat ipsis non omnia licere? Quid autem de principibus loquor,
 quando paucos ex fece vulgi aut rusticis inuenire poteris, qui verbi ministros tam patienter ferant,
 quàm Christum Pilatus tulit? At grauiorem Dei manum omnes illi aliquando sentient, qui ver-
 bis admoneri nolunt & corrigi. Facit autem Pilati modestia ad arguendam Iudeorum impietatem,
 quos nulla argumenta mouent, neque etiam hominis prophani metus aut exemplum excitat,
 ut de tota hac causa diligentius cogitent. Nam ad clamores seditiosos reuersi, Christum ad crucis
 supplicium poscunt, & addunt rationis loco Si hunc absolueris, non es amicus Cæsaris: Quisquis se-
 rem facit, contra dicit Cæsari. Adhuc ergo pro confesso sumunt, quòd regnum in Iudæa Christus
 effecit, neque pudet eos crimen repetere, cuius vanitatem Pilatus simul & Herodes iam ante de-
 prebenderant. Neque eo contenti, minis eum terrere conantur, cuius potentiam & iudicium ipsi
 Rr



rimere debebant. Et hoc illud est, quod ex suis artibus & nimia indulgentia Pilatus reus in ludibrio nunc est Iudæis, quibus antea terrori fuerat. Crescunt enim animi seditionis & impudencie omnibus, quam primum sese rimeri sentiunt. Quod magis anniri decet eos qui in magistratu sunt, sua ignavia & indulgentia praefractiores & contumaciores reddant. Accedit verò hic notandum prudentia argumentum, quod Iudæi Casarum Maiestatis vindices videri volunt, & Pilatum Casaris auctoritate urgent, cum ipsi de excutiendo Romanorum iugo dies & noctes cogitent, & inde Casarem cane & angue peius odissent. Ita hodie Casarum regumq; & reipublice nominata contra pios Christi cultores abutuntur Monachi, qui contentionum facibus & pessimorum consilio flabellis, persecutionum ignem passim accendunt. Et non pudet eos Imperij & reipublice periculum aduersus Christum suscipere, quos regnis omnibus inimicos esse, & suam immunitatem communi ius & publicas gentium leges pertinacissimè tueri constat, adeò, ut nullis aliis modis liceat, qui plures in orbe terrarum seditiones atq; motus concitarint. Vtinam verò ex horum tantum infelix illud autium discerent agnoscere principes, neque illorum clamoribus sese tam facile ad sanguinis innoxiam effusionem excitari paterentur. At quia nobis in hoc mundo meliora sperare poterat, proderit nos ipsos ad quævis pericula præparare, ut fores simus in Iesu Christo, qui ut in certamina pro nobis subiuit, ita nunquam deerit ijs, qui vestigia eius pie sequuntur, & vniuersos labores vitæ præmio compensabit. Illi debetur benedictio, honor, gloria & pater noster in ænum. Amen.

HOMILIA CLXVII.

Pilatus ergo cum audisset hunc sermonem, adduxit foras Iesum, seditq; pro tribunali in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem parasceue Paschæ, hora uerò quasi sexta. Tum dicit Iudæis: Ecce Rex uester. Illi autem clamauerunt: Tolle tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem uestrum crucifigam? Responderunt principes sacerdotum: Non habemus Regem nisi Casarem. Tunc ergo tradidit eum illis, ut crucifigeretur. Acceperunt autem Iesum & abduxerunt. Atq; is basulans crucem suam uenit in eum locum, qui dicitur Caluarie, Hebraicè autem Golgotha. Vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Iesum.

Evangeliſta omnes diligenter admodum narrat, quid apud Pilatum Romanum præſule Iesum Chriſto Ieſu ſit actum. Diligentia huius cauſe ſunt: Prima, ut Chriſti innocentia & innocentiæ luculentè & ſufficientibus probetur, & inde nobis conſtet, illum poſuiſſe pro noſtris peccatis mortem fieri. Altera, ut diſcamus qua ſint hoſtium veritatis ingenia, qui item principum hominum mores ſint: ſi quid pro veritate agendum eſt, eoq; minus offendamur, ſi quid huiusmodi hominum ingit. Vidimus autem Chriſti hoſtes præcipuos fuiſſe ſacerdotes, qui cauſam hanc partem calumnijs, partim ſeditioſis clamoribus egerunt. Pilatus verò eſt Chriſtum innocentem eſſe in illis, & eius tamen ſalute periclitari non vult; imò Caſaris auctoritate, quam ipſi falſo obſequantur, ſe terriſi ſunt, ut innocentem in illorum gratiam damnet. Solet verumque etiam beatus Ieſus, & nim Chriſti doctrinam hoſtiliter perſequuntur, ſerè cum aſtutia ſingulari extremam impudenciam atque audaciam coniungunt. Quò fit, ut calumnias magno artificio contexant, & ea ſdem deinde impudenter, & interdum non abſque minis, omnium auribus ingerant. Quàmuis verò illorum artus & quicquid nonnulli mox deprehendant, plerique tamen non tanti faciunt religionem, ut pro ſe periclitandum eſſe putent. Itaque morem gerunt improbis illis calumniatoribus, & rem bene perſequantur, ſi illorum amicitiam ſanguine innoxio redimere poſſint. Sed ad loci recitari intentionem accedamus, quo narratur, ut Dei filius capitis damnatus, & inde mox in locum ſupplicij rum ſupplicij deſtinatus abductus, & illic in crucem ſuffixus ſit. Vbi multa ſimul concurrunt demptionis noſtra myſteria cum alijs quibusdam, qua nos multuariam erudire poſſunt.

Principio causa indicatur, que Pilatum mouit, ut Christum morti adiudicaret. Cum audisset (inquit Euangelista) hunc sermonem, Si hunc dimiseris non es amicus Cesaris: mox Iesum adduxit foras, & sedit pro tribunali, nimirum ut sententiam ferat capitalem. Ergo licet aliquo iustitie studio reueretur, neg. a Dei timore omnino alienus esset, magis tamen Cesarem metuuit quam Deum, adeoq. ne a Iudeis accusatus prouincia & magistratu suo spoliaretur, illorum improbitati cedit, & ita excusso plane, aut saltem magna ex parte sopito timore Dei sciens volensque peccat, ut hominum fauorem demeratur. Patiuntur hoc ipsum hodie multi, qui ne a dignitatibus excidant, aut a numeribus publicis deiciantur, ex quibus quastum habent vberimum, cum impijs Christi hostibus iustitiam demerant, etiam reluctante multum propria ipsorum conscientia. Quoru exempla nos docent, quam male inter se conueniant timor Dei & amicitie huius mundi studium. Sunt enim hi contrarij proprietates, quibus simul seruire impossibile est. Et qui mundo gratificari cupiunt, ut in illo dignitates, honores, opes & amicitias multorum consequantur, hi fere aureis compedibus vincuntur, ut in via proceptorum Dei progredi non possint. Ideo Iacobus dicebat: Amicitia huius mundi inimicitia est cum Deo: & proinde necesse fuerit, ut mundi studio plane renunti ent, quorquor Deo seruire & iustitiam sancte colere instituerunt.

Ceterum narrationi hinc loci & temporis descriptione Ioannes interserit. Quoad tempus, parascen pasche & horam quasi sextam fuisse dicit. De diei in horas distinctione in Marco nostro diximus. Parascene autem dies erat, qui proximus magnu illud sabbatu pasche precedebat. Facit hac temporis notatio primum ad resurrectionis Christi historia, qua (sicuti is praedixerat) tertio a morte eius die factu fuisse hinc constat, ut alias aperte satis est demonstratu. Deinde ad nostrae salutis mysterium pertinet. Ita enim dicebatur dies ille Græco nomine, eo quod tunc preparabatur, que ad immolatione agni & epulum paschale necessaria erant. Voluit igitur eode die non modo preparari Christus, verumetiam immolari, ut restaretur, se agnu illu Dei esse, qui & mundi peccata tollit, & manducatur, id est, vera fide apprehensus animas satiat, & sanguine suo credentes munie, ne aliquid in illis iuris habeat angelus vastator, qui nos tam corpore quam anima perditos & extinctos cupit.

Quoad loci descriptione, verborum est Ioannes. Primum enim Pilatum in eum exiisse dicit. Fuit ergo extra pratorium sub diu, quod plures conuenire, & que illic agebantur atq. dicebantur videre & audire poterant. Deinde Licobrotum dictum fuisse scribit Græco vocabulo, nimirum a Romanis, penes quos tunc summa erat inter Iudeos iuris dicundi potestas. Ita vero antiquitus dicebantur loca que pavementum non vulgare, sed lapidibus artificiose stratum habebat. Addit præterea nomen Hebraicum vel Syriacum Gabbata, quod excelsum seu altitudinem significat. Quæ omnia docent Romani præsidis tribunal in loco publico & illustri magnificum & sublime fuisse, ut in eo confidens iudex ab omnibus conspicere & audiri posset. Fuit autem hæc vetus consuetudo, cuius sacra licet non uno loco meminerunt, quando iudices in portis consedisse tradunt. Et voluit nimirum Deus iudicia in publico administrari, ut ea ratione iudicium licentia frenaretur, ne quid ex prauo affectu pronuntiarent, cuius illos in totius populi corona frequenti pudere merito posset. Et hinc mos ille manasse videtur, quo adhuc hodie plerisque in locis cause capitales sub diu in publico aguntur: scito nimirum & necessario instituto, ne temere sententia feratur in alicuius vitam, qua homo in terris nihil preciosus habet, & que semel extincta nunquam potest restitui. Quoad ergo Pilatum, eo minus excusari potest eius iniquitas, quod in loco iustitie sacro confidens sententiam ferere iniquissimam, quæ a innocente immani crucis supplicio adiudicat. Facit etiam ad sceleris huius amplificationem, quod Casareæ Maiestatis & Romani Imperij auctoritate ad hoc abutitur, cuius nomine magistratum illum suum gerebat. Interim meminerimus, hæc omnia sic fieri debuisse, ut nostre institutioni & consolationi seruiant. Adumbratur enim hoc spectaculo, vbi & a quibus fere damnetur Christus in suo verbo & membris suis. Ab ijs nimirum, qui summam in terris potestatem obtinent. Debebant quidem Reges exosculari filium (ut David in Psalmo secundo admonet) & vilescere Christi nutritio agere. Quia autem plerunque ambitione & pessimis alijs affectibus abrepti mundo seruiunt. Christi vero regnum non de hoc mundo esse, & insuper studijs suis aduersari vident, hostes sunt: & ita fit, ut fere ab aulis regum exulet Christus, & ibi damnetur, vbi potissimum coli atque obseruari debebat. Equidem quod in præfenti factum est, ut Romani Imper-

Pilatus Cesaris metu Christum damnat.

Tempus, quo Christus datus natus est.

Christus in loco publico datus natur.

rij autoritate publica Christus damnatus fuerit, hoc ipsum postea quoque factum fuisse scimus. *Mani enim Imperatores per annos circiter trecentos cotinuum cum sanctis (vt Daniel praedixit) bellum gesserunt, & grauissimarum persecutionum fuerunt auctores. Ab his plerique Apostolorum crudeliter occisi sunt. Hi multa Martyrum millia omni suppliciorum genere necarunt. Hi et tyrannicis Christum & doctrinam eius proscripserunt. Hi denique vires suas omnes intendunt, vt nascentem Christi fidem in ipsa herba (quod aiunt) extinguerent. Quid? annon hodie aduersione mani Pontifices sub falso imperij Romani praetextu Christi doctrinam oppugnant, & ipsam Regibus cunctis auctores sunt, vt eam extra regnorum suorum fines eijciendam curent? At nonne ista offendere debent. Crescit enim in persecutionibus eiusmodi regnum Christi, eoque latius progatur, quod magis pii disperguntur. Neque impune tulerunt olim Romani Imperatores, quod tyrannidem aduersus Christum proferre ausi sunt. Testantur enim historie, eos omnes reuera horrenda vindictae diuinae exempla factos fuisse: & quid ipsi Roma veteri olim acciderit, quam barbaris & ferocissimis gentibus in praedam dedit Dominus, vt seruorum suorum sanguinem vindicaret. Et quid noua ista Roma, quae veteris imagine superba aduersus Christum semper regere debet. Ferant ergo Christiani patienter, quae Christus ipse pro nobis ferre dignatus est, vt exhorrescant regum magnorum tribunalia & in illis minaci vultu confidentes iudices. Est enim his omnibus superior Christus, quem Pater Regem regum constituit, qui suos periclitantes, vt illis vero dignas impietatis penas exigere solet. Facit praeterea ad nostra redemptionis & liberum mysterium quod hic accidit. Oportuit enim ad Romani Imperij (quo nullum tunc in orbem terrarum regnum fuit potentius atque illustrius) tribunal Christum damnari, vt ipse noster apud patribus tribunal aduocatus ferret, & olim in nubibus caeli iudex adueniens nos a peccati reatu absolueret. Illi afflicti conscientijs dulcissimam consolationem exhibet hoc tam triste Christi ad Romanum tribunal producti spectaculum, si non modo in externam rei speciem intenti simus, sed totius negotij fas & fructum penitus inspiciamus.*

Pilati pro tribunali sedentis descriptio.

Sequitur ipsa actio iudicialis, quae sic narratur, vt facile videas, quam misere intra haec sum distractus fuerit Pilatus. Qui enim tribunal conscenderat, vt Christum damnaret, aduersus obscurum de eius innocentia fert testimonium, neque adhuc eius liberandi studium deposuit. De uxoris nuntio admonitum fuisse scribit Mattheus, vt sibi ab hominis innoxii sanguine carere, quod procul dubio conscientiam eius nouis stimulis exagitauit. Ita in angustias inextricabiles ipsos conijciunt, quicumque deposito Dei timore, mundo seruire volunt, & caecos carnis aspectus consilium adhibent. Exordium vero actionis ridiculum dat, vt solent qui animo perterriti bonum faciunt. Ecce Rex vester, inquit. Neque dubium est, hoc ab eo per ludibrium dictum fuisse, ostendat ridiculam & friuolam esse ipsorum calumniam, qui hominem longe miserum quodammodo inter ipsos tyrannidis accusent. Illi vero quia cause diffidunt, & simul populi inconstanciam spectant habent, moram omnem abrumpere cupiunt, & ideo clamant: Tolle tolle, crucifige eum. Quasi dicerent: Non noua actione opus est, multo minus sanis eiusmodi & ludibrijs. Quod iam ante quod res est, quin ergo sententiam fers & illum ad crucem abripi iubet? Sed vt incipit Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Vbi non sine numine factum putabimus, quod etiam ludibrium omnia agat homo prophanus, Iudeos tamen potius quam Christum ridet, & illius regis nomen subinde ad nauseam vsque inculcat. Solum ita hostes suos delicti Dominus, vt eorum delictis sese exponant, quorum opera aduersus ipsum vruntur: neque vnquam ita opprimuntur, vt eas, vt non ab ipsis quoque hostibus honorificum testimonium habeat. Nam est paulo post Christum damnat Pilatus, prius tamen innocentiam eius praedicat, & eundem Regis titulum deponit, imò tandem Regis huius potentiam experitus est, quando exilij ignominia multatus ipse plus mentem consiuit. Voluit etiam ista actione docere spiritus sanctus, fore vt regnum Christi sempiternum hostibus semper obstrepat, & inuitos quoque terreat. Cuius rei exempla passim occurrunt. Quod certe etsi Christum cum ludibrio Galileum diceret, eundem tamen volens nolens viderem agere cogitur. Et Iudeos hodie adhuc ad Iesu Christi nomen exhorrescere videmus, de quo etiam illorum conqueri scimus, quod illum sibi infestum esse sentiant. Imò quod maius est, confitentur

Am tyrannis piorum vultus & memoriam subinde ob oculos versari, quos propter Christi confessionem flammis crudelibus necarunt. ut eorum recordatione territi noctes insomnes ducant, & omnia sibi acerba atq; cristia sentiant. Ut ergo Pilatum Christi praconem audire coguntur Iudaei, qui ipsam salutis doctrinam proponentem audire noluerunt: ita sepe fit, ut satan cum suis furis Christi impiorum conscientijs dies noctesq; objiciat, ut eius comemoratione ad desperationem adigantur, qui ipsum suae salutis autorem noluerunt agnoscere.

Sed pontifices Iudaeorum Pilato respondentem audiamus, ut magis eluceat eius gentis impietas. Cum enim auribus eorum Pilatus Christi Regis nomen subinde ingereret, exclamant illi: Non habemus regem, nisi Casarem. Quam vocem si probe expendamus, nihil ab illis indignius, audacius & magis impie dici potuisse videbis. Nec enim Iesum modò Christum & promissum illum Regem esse negant, sed omnem venturi Messiae atque redemptoris spem simul abnegant, datas de hoc patribus promissiones abijciunt, prophetarum oracula falsi accusant: imò istud dicendo amicitia & fœderi reuertunt, quod cum illis fecerat Deus, & manifesta rebellionem à Deo deficiunt, qui regnũ suum inter illos se instauraturum promiserat. Neque his contenti, in promissi servatoris locum substituunt Casarem Tiberium, monstrum libidinis, & cuius avaram atque crudelem tyrannidem omnes boni execrantur. Et hoc quidem faciunt principes sacerdotum, qui promissionum & vaticiniorum Dei cognitionem præ alijs habere, & populum totum in promissi redemptoris spem excitare debebant. Verè ergo hoc impletur, quod futurum David prædixerat, ut nimirum ipsi architecti lapidem illum rejicerent, qui caput anguli esse debuit. Docemur hoc exemplo, quò usque impietatis progrediantur tandem falsi antijstites, qui ut suum regnum tueantur, contra Veritatem bellum susceperunt. Noverant illi de Messia datas promissiones, & omnem populum in illius expectatione esse sciebant. Atamen istud dicunt, quo & publicam totius populi spem damnant, & seipsos promissa salute spoliant. Unde verò hoc in animis illorum impietas enata est? Ex eo nimirum, quod sibi bene erat sub Romanis praesidijs, per quos sacra venalia habere, ex religione questum facere, & sub pietatis praetextu populum pecunijs emungere licebat. Facile ergo communem populi spem negligunt, & eorum vota atq; desideria ridet, quorum infelix conditio ipsi quaestum vberimum praebat. Et quem quis potius admittere voluissent quam Christum, quem ipsorum falsae doctrinae & turpissime sacrorum nundinationi adversari sciebant. Solent hoc ipsum hodie facere episcopi & magni illi Romane civitate Praesules. Vident hi Christianum populum superstitionis & humanarum traditionum onere depressum ad libertatem aspirare, & Evangelij doctrinam animis ardentissimis scire: audiunt multorum querelas, qui nihil non se facturos promittunt, modò libertate Christiana frui & Christo servire liceat. Illi verò querelas istas surda aure praetereunt, & multi ex eorum numero sacra patriae omnia, ad haec caelos & inferos negare volent, quam Christi doctrinam admittere, qua suam illum tyrannidem expugnari & everti norunt. Et inveniunt isti inter principes viros & ignobile vulgus quam plurimos, qui nescio qua spe quibusque promissionibus inescati, ipsis consentiunt. Inveniunt ergo omnes isti hoc speculum, ut seipsos agnoscere discant, simulque Dei iudicium considerent, quo Iudaeos simul omnes puniuit. Qui enim Casarem promisso servatori praeferre voluerunt, eos Casarem armis non multò posse debellavit, ut alibi copiose diximus. Itaque infelici illa & pudenda Messia abnegatione seipsos non aeterna modò vita & caelestis regni hereditate priuarunt, verum etiam in hoc seculo calamitates omnium generis sibi accersuerunt, quarum finem ne hodie quidem ad haec vllum videre possunt. Accidit hoc ipsum omnibus, qui istorum mores imitantur. Nec enim vel in hoc vel in futuro seculo felices esse possunt, qui vnicum felicitatis veræ autorem, Iesum Christum, rejiciunt. Hunc ergo amplectamur, & eius regno nos subijciamus, qui huius vitæ molestias facile mitigare potest, & eos etiam animorum libertate donare, qui quoad corpus & reliquas fortunas in manibus tyrannis serviunt.

Sed ad Pilatum redeamus, qui ubi se nihil proficere videt, tradidit eum illis ut crucifigeretur. Paucis verò dicit Ioannes, quod alij pluribus descripserunt. Matthaeus eum non sine protestatione capitalem sententiam protulisse tradit. Cum enim omnibus spectantibus manus abluisset, dixit: Innocens ego sum à sanguine huius iusti, vos videritis. Fuit tamen haec sanctimonia planè pharisaica, & sulte nimis putat aqua elui posse scelus, quod interea sciens ex turpi ignavia committebat. Debent

Iudaei spem & promissiones de Messia abnegant.

Pilatus Christus cruci ad iudicat.

Num. 35.

Christus ducitur & crucifigitur.

enim in innocentia manus ablui, ut Psalmo 26. docemur. Et ut ablutio ista atq. prolestio in pro
fuit Pilato, sic Iudæis quoq. maioris sceleris occasione dedit. Ne qua enim mora longior intercederet
clamant: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Quo dicto nō seipfos modo, sed simul populum
quoque suos ad exitium & perditionem deuouent. Fuit hæc impietas cum incomparabili audacia
coniuncta. Hoc enim faciunt, qui legem de innoxij sanguinis effusione acceptas à Deo, & qui
illius vindicem esse sciebant. Neque illos terret Pilati exemplum, sed sponte in se transfundunt
sceleris reatum, à quo hominem prophanum toto animo abhorreere videbāt. Et ne quid omittant
pietatis, in natura etiam leges peccant, dum à nemine requisiti posteritatem omnem, quantum
est, secum in exitium trahunt. Rursum ergo videmus quantum possit veritatis odium, si tunc
mel indulgeant homines. Omnē enim pietatis sensum exinguit, salutis propriae immemores reddunt
eō deniq. amentie adducit, ut nihil non in se recipiant homines, modo veritatis lucē & mediū salutis
quam suis studijs inimicam esse vident. Discant ergo iniurijs prauorum affectus resistere, qui scilicet
veritatis tentari sentiunt, ne ipsi quoq. tandem incurabiles fiant. Simul autem exemplū hoc Iudæis
terreat, ne quid dent improborum hominum libidini, quæ nullis artibus curari potest. Scilicet veritatis
causam fortiter tueantur, & in eum finem sese à Deo autoritate & potentia armatos esse cogitent,
ut temerarios iuris legumq. contemptores coerceant, iustos autem & pijs ferio patrocinentur.

Porro ubi Pilatus sententiam pronuntiauit, milites Christum ducunt, exitum primum oblatum
militari, quam hucusque gestauerat, & suis rursus indutum vestibus. Ducunt autem in locum
publicis supplicij destinatum, quem ab oſibus mortuorum Golgotha, id est, locum Caluarie
vulgo dicebant. Et eō quidem exitu Dominus, suam crucem humeris gestans aliquo vsque, ut
nec eo multas ob causas defarigato, illi Simonē Cyrenæum ex agro redeuntem subiucunt, cuius
alij Euangelistæ tradiderunt. Vbi verò illuc loci ventum est, in crucem eum suffigunt, & mediū
inter duos latrones suspendunt, quod magis infamem & omnibus iniuriam reddant. Quo loco manere
currunt, quæ diligentem translationem merentur. At quia de plerisque in Marco diximus, ut
seni cum Ioanne breuitati studebimus, ut ea modo consideremus, quæ nostra redemptionis modum
illustrant. Vbi primum occurrit, quod extra urbem ducitur Christus, ut mortis supplicij locum
sponderet hoc veteri typo, ut Paulus ad Hebræos Cap. 13. annotauit. Nam quorum animatum
guis inferebatur pro peccato in sacrarium per Pontificem, horum corpora exurebantur extra urbem.
Quapropter Iesus quoq. ut sanctificaret per proprium sanguinem populum, extra portam posuit
Docet igitur hæc loci circumstantia, in eius morte nos sacrificium habere, quo peccata hominum
neris expiata sint, ut non amplius imputentur ijs, qui ipsum fide vera apprehendunt. Deum
facit ad huius mysterij explicationem, quod crucem suam ipse gestauit extra urbem. Nam
etiam facti typus olim in Isaaco præcessit, quem ligna portauisse scribit Moyses, quibus exure
tur, cū illum Abraham ex Dei mandato immolare veller. Imprimis tamen hic obseruandum est,
quod crucis lignum Deus in lege maledictū pronuntiauit. Christus ergo crucem gestauit, ut
premebamur maledictionem in sese transferret, & pro nobis maledictum fieret, ut nos à maledicti
ne & æterna damnationis supplicio liberaremur. Adhæc mediū inter duos latrones suspendit,
lucit, expansis ad vtrumque brachijs, ut suæ mortis meritum ad omnes pertinere sciamus, qui
hoc seculo peccati reatu tenentur, & illius pœnas sustinent. Atqui tales sunt omnes homines, qui
verò non omnes seruantur, ex eo est, quod plerique Christum neque agnoscunt neque timeant
eius latrones similes sunt, quem ei scurriliter illuisse Lucas scribit. Docet præterea mortis Christi
quàm grauis apud Deū peccati culpa sit, quando eam tam dira tamq. acerba filij sui vnigeniti
te expiari oportuit. Quod ut eos arguit, qui peccati blanditias admittunt, & sibi ipsi inter peccati
delicias faciunt: ita omnes ab hominibus excogitatas peccatorum expiationes confutat. Si quid enim
potuisset excogitari, quod expiandis peccatis sufficeret, nunquam profecto eam rationem exhibisset
Deus, quæ filij vnigeniti & dilecti mortē nō minus infamē quàm acerbā exigebat. Postremo immen
datur hic nobis immensa Dei bonitas, qui filium pro nobis tradere dignatus est, & tam dira crucem
tus illū pro nobis subire voluit. Possumus ex eo cū Apostolo colligere, quod nihil eorū negatorum
quæ ad salutē nobis necessaria sunt. Nostrū verò fuerit horū consideratione excitari, ut primum
dem Christū Iesum fide cōstanti complectamur, deinde eius amore accensi exemplū ipsius sequamur,
& patrem

et patienter feramus, quæcunque eius nomine ferenda veniunt. Qui enim nos crucis suæ consortes reddere dignatur, olim regni quoque celestis cōbaredes faciet. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & perennis in æternum. Amen.

HOMILIA CLXVIII.

Scriptit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem: Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus Rex Iudæorū. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus erat Iesus: & erat scriptum Hebraicè & Græcè & Latine. Dixerunt igitur Pilato principes sacerdotum Iudæorum: Ne scribas, Rex Iudæorum: sed quod ille dixerit, Rex sum Iudæorū. Respondit Pilatus: Quod scripsi scripsi. Milites ergo cum crucifixissent Iesum, acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes unicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica infutillis, à summo contexta tota. Dixerunt ergo inter se: Ne scindamus eam, sed fortiamur de illa cuius futura sit. Ut scriptura impleteret, quæ dicit: Dispertuerunt vestimenta mea sibi & super vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt.

Memorable & multa consideratione dignum est Pauli dictum, quo ad Corinthios scribens refertur se nihil novisse præter Christum Iesum, eumque crucifixum. Nec enim hæc solius Pauli sententia fuit, sed eadem fuit omnium prophetarum atque apostolorum fides, qui etiam ipsi similiter comas in unum Christum respexerunt, quem promissum illum humani generis redemptorem esse sciebant. Debent autem horum exemplis nos excitare, ut ipsi quoque in crucis Christi consideratione diligenter verseremur. Quod ut cum fructu fiat, semper meminisse oportet, omnia hæc propter nos facta esse, nec aliquid in tota hac historia tam minutum aut leviculum in speciem accidisse, quod non certo & singulari Dei consilio factum sit, quod plenior esset nostra redemptio, & nos inde uberius in omni tentationum genere consolationem haberemus. Observemus ergo hoc ipsum in ea etiam parte, quam modo recitavimus, quæ duo continet consideratu dignissima: Titulum videlicet crucis Christi gloriosum, & ut illius vestes inter se partiti sint milites, qui illum in crucem suffixerant.

Titulus crucis Christi.

Quoad primum, voluit Pilatus ex more inscriptione cruci affigere, quæ causam mortis Christi exponeret. Fuit hic mos laudabilis, & rectè in hodiernum diem usque in regnis & rebus sub bene constitutis observatur, ut facinorosorum, qui ad mortis supplicium ducuntur, delicta toti populo publicè vel scripto aliquo vel præconis voce indicentur, ut inde omnibus constet, quibus sceleribus illi penas istas meruerint. Facit hoc partim ad frænandam iudicum licentiam, ne quid temere in alicuius vitam pronuntient, partim spectatorum animos excitat, ut exemplis eiusmodi emendentur. At quoad Christi causam, cum in eo Pilatus crimen nullum comperisset, Iudæorum autè improbitate ad damnandum innocentem fuisse impulsus, ut illos viciscatur, titulum cruci affigere, quo omnis huius supplicii infamia in totam Iudæorum gentem deriuatur. Habuit enim in inscriptione eiusmodi linguis tribus exaratum, Hebraica nimirum, Græca & Latina: IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM. Et consultò quidem linguis hisce tribus uti voluit, ut inter peregrinos, qui frequentes ad diem festum confluerant, tam indigni facinoris fama citius & latius divulgaretur. Et hoc quidem Pilati consilium fuisse apparet. Interim verò maius quiddam & sublimius spectavit Deus, qui priuato hominis prophæti affectu ad declarandam filij sui innocentiam & maiestatem diuinam uti voluit. Illius enim testimonium est luculentissimum, quod nullum aliud crimen in cruce pendenti ascribi potest, quàm quod iam ante rationibus solidissimis erat confutatum, & à quo illum Pilatus simul & Herodes post diligentem inquisitionem absoluerant. Maiestatis autem & potentie plus quàm humane argumentum euident in eo cernitur, quod qui in crucem suffixus membrorum omnium usque destituebatur, Pilati mentem atque manum regere & mouere potuit, ut tanto

R 4

ipsum præconio ornaret, & nec proprij quidem honoris haberet ratione, cum eodem scripto illi se iniuste damnatum esse non obscure testetur. Seruiunt hac mirifice consolationi nostræ, qui veritatis conatibus, aut etiam eorum perfidia sue ignavia terreantur, qui suum nobis partem negant. Quod enim tunc fecit Christus, hoc ipsum magis potest hodie in caelesti patriæ gloria condens, ut qui ipsum in membris suis crucifigunt, tandem ipsi suam iniquitatem sponte fateantur. rati autem & huius sectatoribus honorificum innocentia testimonium deferant. Exemplum huiusmodi vetera tum recentia passim occurrunt, & semper impletur quod olim Psalter recitat: Memoria iusti eterna erit: cui illud Solomonis consentit Proverb. 10: Memoria iusti laudem habebit, rum verò nomen sordet. Simul verò aliis nos scrutari conuenit actionis huius mysterium, si multa continet, quæ nos in ipsius Christi cognitione instituunt.

Quis & qualis agnosci debeat Christus.

Docet enim brevis iste crucis Christi titulus, quis nam ille sit, & qualis à nobis credi atque agnosci debeat. Primò Iesum vocat Pilatus, quod illi nomen proprium fuit. At non sine nomine hoc nomen positum fuisse, ex conceptionis & natiuitatis ipsius historia constat. Quia enim Hebræa vox præter rem significat, nemini hoc nomen rectius conuenire potuit, quam ipsi, qui populum suum (ut verba loquitur) è peccatis redimere & salutem facere debuit. Deinde Nazarenum dicit, à patria nomen Nazareth, in qua educatum fuisse scimus. Et videtur vulgo sic dictus fuisse ab aduersariis, ut ignobilitas (de qua primo cap. diximus) ipsi contemptum conciliaret. At hic quoque alius quidam dicitur spiritus sanctus. In Lege enim Naziræi (à verbo Nazir, quod separare significat) dicebatur, qui ut Deo consecrati essent & diuini liberius vacarent, voto peculiari sese ad arctius disciplinam obstringebant. Itaque Naziræi vox à prophanis vsibus separatam & totum Deo consecratam significat. Quis verò non in isto dignior censetur, quam Iesus Christus, qui reuera sanctus ille Deus, qui suo merito & spiritu in se credentes sanctificat, ut ipsi quoque Dei peculum sint, & in virtute ambulent? Terriò Rex dicitur, quæ vox non imperium modo & gubernandi potestatem significat, verum etiam populi sui vindicem atque tutorem esse docet: quod præcipuum Regis officium omnes nouerunt. Postremò Iudæorum regem nominat. Quod Pilatus in eius quidem gentis præniam scripsit, ut supra diximus, simul tamen spiritus sanctus testari voluit, qui nam ad salutem Christi regnum pertineant. Iudæi nimirum veri, qui (ut Augustinus annotauit) promissionem sunt, circumcisi corde quoad spiritum, non literam. Hi enim germani illi Iudæum, id est, circumcisi sunt, qui quam corde conceperunt fidem, non verbis modo, sed factis etiam & totius vite conuersione ad Dei gloriam proficiunt. Et hæc quidem de Christo Iesu Pilatus prædicauit, cuius merito, ignari licet tantorum mysteriorum, Deus vti voluit, ut magis eluceat ipsius potentia & sancti virtus, quando eius effecta in hominibus prophanis cernimus. Oportuit autem in excruciatem ita prædicari, ut constaret eum per hanc triumphare de principibus & potestatibus mundanis, quibus antea propter peccatum subiecti fuimus. Nam opponitur hic titulus chirographi, quæ nos peccati conuincebat, nosque vindicem habere docet Christum, qui illo abolito nos in vitamque conferat.

Tres lingue in titulo crucis.

Deinde non temere factum putabimus, quod titulum hunc tribus linguis Pilatus descripsit: ipsi quidem, quæ tunc in toto orbe celeberrimæ & præ alijs omnibus vsitatissimæ erant. Per hæc innuebat spiritus sanctus, regnum Christi non ad unam modo gentem restringendum esse, sed in terras extendi oportere, & ad illud pertinere omnes, qui ex quacumque gente ipsam fidem apprehendunt. Quod ipsum propheta passim testatur, & Deus ipse olim non obscure docuit, quando Abrahamum patrem multarum gentium fore promissit, eos nimirum intelligens, quos ex omnibus gentibus in promissum seruatores credituros sciebat, ut per fidem Abrahami filij & salutis promissionem fierent. Itaque, in inscriptione ista satis aperte innuebat Dominus, iam nunc præ fortibus adesse imperium illud, quando Iudæos quidem propter suam contumaciam repudiari, gentes autem per euangelij prædicationem ad ecclesiæ societate vocari oporteat. Et cum olim legem suam in Hebræis modo promulgasset Deus, nunc filij sui prædicationem tribus linguis toto orbe celeberrimam fieri voluit, ut ostenderet illum in omnibus linguis prædicari debere, ut non docti modo & linguarum periti, verum etiam plebei & idiotæ illum agnoscerent & salutis per eum acquisitæ consortes fieri possent. Ergo Pilati exemplo eorum tyranni, qui scripturæ sacre libros, quibus Christi cognitio etiam

illis doctis legi volunt, & ne in vulgares linguas transferantur prohibent: Proferunt illi sui consilij rationes multas, sed eas omnes Christus suo exemplo confutat, quando euangelium in toto orbe predicare iussit, & discipulos hanc vnam ob causam linguarum omnium cognitione instruxit, vt vbiq; terrarum salutis mysteria quibusuis predicare possent. Et Paulus peregrinarum linguarum ambrosios ostentatores grauitur reprehendit, & se quinque potius verba loqui velle ait, quae ab omnibus intellecta ecclesiam edificent, quam decem millia, quae barbaro & inutili sono auditorum aures nequaquam feriant. i. Corinth. 14.

Ceterum de titulo hoc noua lis oritur. Principes enim sacerdotum eum mutari volunt, quia in vniuersis Christi persona totam gentem damnari, vel potius derideri sentiunt. Pecunt ergo, vt scribatur, quod ipse regem Iudeorum se esse dixerit. Eo autem facto magnum & insatiabile odium produnt, quando nihil ferre possunt, quod Christo aliqua ex parte honorificum est. Et adhuc illos Christi pudet, quod Iudeis proprium & perpetuum esse Paulus testatur i. Corinth. 1. Adumbratur autem hoc exemplo, semper fore aliquos, qui suum Christo honorem inuideant, ipsumq; super se regnare nolunt. Praedictum hoc olim à Davide, qui in secundo Psalmo furiosos hostium conatus multis describit: quod ipsum alij quoque propheta non vno loco faciunt. Hodie autem passim istud fieri videmus. Pergunt enim in sua contumacia Iudaei, neque vllam maiorem iniuriam sibi fieri posse arbitrantur, quam si quis Iesum, qui ex Maria virgine homo natus est, Messiam esse dicat, quem olim patribus eorum Deus promiserit, & cuius merito ipsos seruari oporteat. Turcae verò etsi de illo multa magnae praedicent, cruce tamen offenduntur, & illi suum Mahumetè longè praeferrunt. Inter eos autem, qui nomen Christianum profitentur, duo hominū genera inuenire licet, quorum vtrūq; Iesum Christum regem suum & salutis suae auctorè agnoscere dedignatur. Alterum hypocritarū est, qui Christi honorem in se transferunt, quando suorum operum meritis tribuunt, quod illi soli debetur. Alterum Epicurorum est, qui cum carnis cupiditatibus toti addicti sint, Christi quidem beneficio frui volunt, sed eius merito deremptos esse gloriantur, eiusdem verò legibus subesse nolunt, sed disruptis disciplinae Christianae vinculis in omnem peccandi licentiam effrenes feruntur. Habet ergo semper Christus, qui ipsum regem & seruatorem suum esse negant, & qui regnum eius inter homines abolere student: sicut alibi quog; demonstrauimus.

At nemo horum aut similibus conatibus offendi siue terreri debet. Nunquam enim quod volūt efficiunt. Quod ipsum in praesenti spiritus sanctus non obscure docuit. Pilatus enim, qui antea turpi genocia peccauit, nunc quasi instauratis animi viribus, non modò nō cedit Pontificum postulationi, sed et cum manifesta indignationis significatione rejicit. Respondet enim illis, Quod scripsi, scripsi. Quasi diceret, Quando tandem finē habebit vestra improbitas? aut quò vsq; mea patientia abutemini? An parum vobis videtur hominē innoxium in crucem suffixisse, nisi me quoq; populi totius Iudaeiae exponatis? Facite ergo procul hinc, neq; me adeò recordem: aut ignaui putate, qui scriptum publicum in vestram gratiam mutare velim. Nam quod scripsi, scriptum est, idq; ratum & firmum manere volo, &c. Unde verò hac noua animi constantia in eo homine, qui paulo ante in causa grauioriam mollis & ignauius fuerat? Ex Deo nimirum, qui nouis viribus eum instruxit, eò quòd ita exprobat filij dilecti gloria, quā in ipsa cruce à calumnijs asseri oportuit. Seruit hoc plurimum fidei nostra confirmanda. Nam ex eo apparet, Christi regnum stabile & omnibus calumnijs superius esse. Et si ratum manere debuit, quod Pilatus scripsit, cuius manu Deus breui momento ad illustrandam filij gloriam vti dignatus fuerat, quando maior & stabilior erit eorum auctoritas, quae ex spiritus reuelatione scripserunt prophetae & apostoli, quos sibi totos consecrauit Deus, vt suae voluntatis interpretes essent? Opponamus hoc argumentum vniuersis hominum traditionibus, Conciliorum decretis, tyrannorum edictis & minis, omnibus denique, quae infelix mundus aduersus Christi veritatem commisit. Debet enim hic nos excitare Pilati exemplum. Noluit is retractare quod ex occulto spiritus afflatu, mysterij tanti ignarus scripserat. Quae ergo ignauia fuerit, si nos temere eam fidem abnegemus, cuius confessionem sacris scribeuris confirmatam aliquando edidimus, & cuius arribuorem in cordibus nostris habemus spiritum sanctum?

Transiamus nunc ad alterā huius loci partem, qua narratur quid de vestibus Christi factum. Christi uestes diuiduntur. Eas milites ex more & pro suo iure inter se partiti sunt. Solent enim facinorosorum vestes, quādo

Sacerdotes titulum crucis mutari uolunt.

Pilatus crucis titulum ratum uult.

Christi uestes diuiduntur.

capitis penas exoluunt, ex veteri consuetudine publicis ministris aut iudicij executoribus dantur. Fuerunt autem quatuor ex militum cohorte delecti, qui Christum crucifixerunt. Ergo ex vestibus reliquis partes quatuor fecere, ut singule singulis darentur. Quo facto restabat albus tunica, vestis nimirum interior, quæ cum infutulis esset & rextura cõtinua constaret, dissui aut scindi non poterat, quin tota inutilis fieret. Itaque ne periret, sortem pro ea iecerunt. Poterat narratio hæc carnis vitio lemicula videri, ut quæ nihil contineat, quod non vulgò soleat fieri, quovis factorum aliqui carnis vitio supplicium luunt. Sed ne leve putemus quod hic agitur, idem olim ex spiritus suggestione prædictum fuisse Ioannes annotat, & hæc sic gesta dicit, ut impleretur scriptura, quæ dicit: Dispartierunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem. Addit item: Et milites quidem hæc fecerunt, quæ particula admonet, non ositanter prætereundum esse, quod milites dum suo officio more indulgent, non aliud fecerunt, quàm quod futurum spiritus prædixerat. Rursus ergo Dominus hic elucet, qui impiorum opera tam feliciter viti potest, ut ignari rerum & quædam aliud cogitantes in ipsius decretis exequendis suum illi obsequium præstent. Simul etiam admiratione dignæ militum modestia, inter quos de vestium Christi diuisione tam facile conuenire potuit, ut periret committere voluerint quod absque communi omnium dispendio diuidi non poterat. Quam enim hodie inuenias fratres germanos, qui cum paterna hereditas diuidenda est, in sanis rationibus contentionibus tribunalia omnia fatigant, & totum potius patrimonium malè perire vident, quàm suo iure latum vinguem cedere. Sunt tales à charitate Christiana alienissimi, & qui a huiusmodi subijci nolunt, digni sunt ut ad carnifices hosce ablegentur, & in eorum schola modestiis agerent. Quoad verò scripturæ locum, extat is in Psalmo vigesimo secundo, quem in Saulina persequente de semetipso Dauid conscripsit. Queritur inter alia, se & fortunas suas omnes hostibus prædã datas esse, qui omnem eius domum scrutati sint, & vestes quoque inter se disperuerunt. De quo Dauidem Christi typum fuisse constat, multa ille spiritu dictante admiscuit, quæ de solo hoc loco possunt. Testatur hoc ipse Dominus, quando (ut Matthæus scribit) paulò post huiusmodi Psalmodio usus est, ut immensum animi dolorem exprimeret clamando: Deus meus, Deus meus, quid seruisisti me? Voluit autem in re minutiori scripturas adducere Ioannes, ut ostendat in vii etiam in speciem contemptissima & nullius momenti esse videntur, luculenta Messia olim promissa inueniri, si ea cum veterum prophetarum oraculis conferamus.

Redemptionis
nostræ myste-
rium.

Et sanè hæc quoque passionis dominicæ pars non parum facit ad illustrandam nostram redemptionis mysterium. Scimus enim in Lege Domini inter peccatorum penas hæc etiam commemorari, quod nostris laboribus parta bona alienis cessura, non autem ad legitimos heredes reditura, prædictum enim scribitur Deut. 28. Domum extrues, & non habitabis in ea; vineam plantabis, & non phanabis eam. Bos tuus mactabitur spectantibus id oculis tuis, & tu non comedes ex eo, equus tuus rapietur è conspectu tuo, nec reuertetur ad te. Oves tue tradentur hostibus tuis, nec erit qui tuum auxilium ferat, &c. Dolet ea res vehementer viris bonis & honestis. Cum enim honorum amplexus se dolorem pariat, duplicari is solet, si ea hostibus aut improbis cedere videamus. Quia rei huiusmodi rerum confusionem peccatum inuexit, huic etiam subijci voluit Dei filius, & quas solas habebat vestes improbis militibus in prædã cessit, ut ea etiam ex parte peccati penas exoluere. Nihil enim in cruce pendere dignatus est, ut nostræ nuditatis turpitudinem regeret, nosq; sua iustitia vestiret. Denique extremam ignominiam volens sustinuit, ut nos in Dei conspectu gloriosos & bonos ostenderet. Habet ergo hæc quoque pars dulcissimam consolationem, quæ in tentationibus consuetudinem nostram confirmamus.

Luxus vestium
damnatur.

At quia Christus simul nobis exemplum præbuit, cuius vestigijs insistamus, hoc ipsum ad vestis institutionem accommodare nos oportet. Proderit hic Christum in cruce nudum diligenter considerari, ut discamus, quàm procul ab eius exemplo discendant, qui vestitu sumptuoso & ad libidinem vestiumq; composito superbiunt. Peccatum in eo est omnibus seculis, ut prophetarum sermones referuntur: & quid hodie fiat cum publica Christiani nominis ignominia & privata rei domesticæ, nemo non videt. Estq; hoc inter corruptionis nostræ argumenta non postremum. Quia enim vestis peccato originem duxerunt, nosq; nostræ conditionis admonere debebant, nimirum certe impudenter sum, qui his in Dei conspectu superbiere audent. Sunt hi furiosorum similes, qui carenti & vincti

vident, quibus se cōstrictos videt. Sed vt nulla alia rationes proferatur, merito eos sua petulantia
 patere debet, qui in Christi nuditate salutis suae spē consistere audiunt. Deinde patientiam nos docet
 Dominus, si quid simile nobis accidat. Sunt hęc pleriq; hominū imparitissimi. Alijs enim dolet quod
 quis honorū heres ipsi futurus sit nesciat, aut eos fore sciat, quos minime vellent. Alij verò querun-
 tur, quod sua in hostium manus venire videant, & ideo se iustissimas quiritandi causas habere arbi-
 trantur. Sed Christi Dominū omnes isti intrantur, qui quas solas habuit vestes, non matri pauper
 ule, non Ioanni dilecto discipulo, neq; alicui ex amicis reliquit: sed improbis & sanguinarijs militi-
 bus cessit, qui eas quasi stipendiū impij laboris, quem in ipso crucifigendo sustinuerant, inter sese par-
 titi sunt. Fere autem id patienter, quia Patri ita placuisse sciebat. Eandem ergo nos quoq; rationem
 nobiscum ineamus. Ne enim ex nobis ipsis habemus nihil, sed ex Dei liberalitate omnia accepimus;
 ita nihil eorum amitemus, nisi sic Deo videatur, qui in nos & fortunas nostras ius habet & impe-
 rium. Ideo cum Iobo dicamus; Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictū. Con-
 solatur item nos, quod vt hoc argumento Ioannes probat Iesum esse promissum illum & à prophetis
 predictum Seruatorem: ita huius generis afflictiones luculenter docent, nos germanos esse Dei filios,
 quando hic carnem lasciuientē disciplina eiusmodi coercet, simulq; Filio suo vnigenito quoad huius
 seculi afflictiones, conformes facere dignatur. Vide que in hanc sententiam habentur. Hebr. 12.

Patientia doce-
 tur in amissio-
 ne bonorum.

Præterea præulum fuit hoc factio, quid semper in hoc mundo Christus passurus sit. Dispartite
 inter se vestes eius, qui illum paulo ante in cruce suffixerant. Ita qui hodie eius præcipui hostes sunt,
 nos contenti illum in membris suis afflixerunt, in super vestes eius diripiunt & sacrilega audacia fædè
 dilacerant. Possimus enim sub vestis nomine scripturas sacras intelligere, quibus ille in terris hęc
 ornatur: opes item ecclesie, quæ ad doctrinæ & cultus externi conseruationē faciunt. At scripturas
 ad se rapiunt heretici atq; impostores, & illis impia sua dogmata vestiunt, quibus totum Christi re-
 gnum & vniuersa nostra salutis mysteria conuellere student. Factum hoc olim, & hodie idem fieri
 sentimus, quicunq; puriorem de Christo doctrinam aduersus tenebriones eiusmodi tuerentur. Ecclesia-
 rum autem bona non aperti modo hostes diripiunt, verum etiā qui Christi & euangelij tutores atq;
 patroni videri volunt: qui ferè eo præteritu Christum spoliant, quod euangelij ipsius propugnatores
 atq; defensores sunt. Sed reuera militum istorum similes sunt, qui etiam ipsi Christum custodierunt,
 sed in cruce pendentes. Ita enim ipsi euangelium defendunt, sed quod miris modis laceratum sua li-
 bidinis ferre cogunt. At nunquam istud impudè facient, qui a fucos eiusmodi ferre nequit, qui ipsa
 est Veritas. Neminem ergo horum improbitas offendat: quin potius Iesum Christum, qui mundo
 hoc pauper nudusq; apparuit, amplexi, eius merito nostræ nuditatis turpitudinem regamus, & ita
 ad æternæ damnationis ignominia liberabimur. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in
 æternum. Amen.

Christi fors in
 hoc mundo.

HOMILIA CLXIX.

Stabant autem iuxta crucē Iesu mater eius, & soror matris eius ma-
 ria Cleopha: & Maria Magdalene. Cū uidisset ergo Iesus matrem ac
 discipulum astantem, quē diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius
 tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora recepit eam
 discipulus in sua. Postea cū sciret Iesus, quod omnia iam perfecta
 essent, ut perficeretur scriptura, dicit, Sitio. Vas igitur erat positum
 aceto plenum: Illi uerò impleuerunt spongiam aceto, & hyssopo cir-
 cundatam admouerunt ori eius. Cū ergo accepisset Iesus acetum, di-
 xit, Consummatum est; & inclinato capite tradidit spiritum.

Præcipuum quidem in tota mortis Iesu Christi historia caput est, humani generis redemptio, at-
 tamen sic ille mori voluit, vt simul suo exēplo doceret, quid nos in nostræ mortis articulo facere
 oporteat. Et sic, hęc etiam istius historie vsus diligenter obseruandus: eod quod hęc multiuariam pecca-
 tur, neq; cetera olim à quibusdam dictum sit, hanc non postremam in veræ sapientie studio partem
 faciam.

Christi exem-
 plo docemur
 quid moriturū
 faciam.

esse, ut recte mori discamus. Sunt enim, qui ut fortes videantur, impij mortis contemptores sunt, belluina quadam temeritate omnem de salute animarum curam abijciunt. Alij rursus a mortis abhorrent, ut eius metu superati ea faciant & loquantur, quae homine quovis, nedum Christianum digna sunt. Prodest ergo exemplum Christi intueri, de quo diligenter narrat euangelista, quia ijs fecerit quae ad suam modò personam pertinebant, qualem item erga alios se gesserit, & ut ipse modò spiritum Deo tradiderit. Quoad primum, hucusq; patientissimum fuisse videmus, etiam si scribunt hostes eius insolita crudelitate novas ipsi afflictiones subinde addiderit. Quae omnia cum innocentissimus sustinuerit, turpe fuerit nos impatientius ea ferre, quae nostro merito nobis accidere. Quoad verò alios, quibus cum illi res fuit, Lucas eù pro militibus, à quibus crucifigebatur, describit, cum ut se sacerdotem nostrum esse restaretur, tum ut suo exemplo vindicta cupiditate nobis restingeret, quae nonnunquam maximorum malorum causa esse solet. Sequitur modò in laudibus nostris, quae ab illo in ipso mortis articulo facta sunt. Continentur his multa, quae ad huius doctrinae illustrationem faciunt, quapropter singula diligentius considerari & expendi debent.

Maria uirgo
cruci affat cum
alijs quibusdã.

Praemititur omnibus narratiuncula, quae occasione continet eius actionis, quae ipsi cum matre intercessit. Stabant (inquit) iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris, Maria Cleopaeae, quam Iacobi minoris & Ioseph matrem fuisse ex Marci Cap. 15. apparet: Mariam uero Cleopaeae & cum his (ut Lucas tradit) multi ex notis eius, in quorum numero Ioannes quoq; fuit, qui pro more de seipso modestius loquitur, nomenq; suum retinet. Faciunt ista primum ad declarandam caritatem mortis Christi, qui tam durum & amq; ignominiosum supplicium in dulcissima matris & sororum charissimorum conspectu perpassus est, qui ipsi quidem procul dubio condolerunt, tamen propter immanissimorum hostium improbitatem nullo pietatis officio potuerunt subleuare. In hoc rari hoc grauius eius animum, quando se matri charissima & notis omnibus non doloris miseriam, uerum etiam quoad mundi iudicij probro esse uidebat. Sed ita fieri oportuit, ut nulla pietas eius morti deesset, quae pro mundi peccatis sacrificium esse debebat: utq; in sua persona perficeret aduersa omnia, quae credentibus in ipsum solent accidere. Deinde fidem istarum mulierum & amicorum Christi spiritus sanctus commendat. Scimus enim illas Christum diu secutas fuisse, quae doctrina & miraculis clarebat, & eidem sese in ultima profectione, qua Ierosolymam tendentes, mites adiuuauerant. Nunc captum, damnatum, flagellatum, in cruceifixum non deserunt, sed eo in finem usque perseverant. Imitemur nos harum constantiam. Nam si dignum iudicium nos sequamur, quando per euangelium regnat & triumphat, turpe fuerit eundem in uerbo & opere suis periclitantem deserere. Et si mulieres istas prioris consuetudinis recordatio in officio reuertitur, cum nihil aliud quam triste & horrendum crucis spectaculum ob oculos haberent, necesse est futuram resurrectionem adhuc intelligerent, nulla nobis excusatio reliqua erit, si ab eo desertimus, quem non modò pro nobis mortuum, uerum etiam à mortuis resuscitatum esse, & nunc in caelo regnare profitemur. Non ergo terreat nos miserabilis rerum facies, non impiorum hominum contumelia, non ulla pericula moueant, quò minus cum eo perseueremus, qui similia & his grauiora pro nobis sustinere dignatus est. Et cum merito magna sit apud omnes pios Mariae uirginis auctoritas, eius exemplum nobis imitandum proponamus. Vidit illa indignam filij sui conditionem, audientes militum, sacerdotum, & vulgi indignissimas, ob oculos item habuit centurionem cum armato, & turpem cohortem, qui in crucem suffixos custodiebant, neque dubium est, tunc imprimis eo dolore, quod ipsam vulneratam fuisse, quem Simeon eius animam penetraturum esse praedixerat. Non tam turpi fuga filium dilectissimum deserit, non Deo temere obloquitur, non in modico ciuitatis & turris gestibus dolorem animi prodit, nihil deniq; eorù dicit aut facit, quae inepti Monachi de ipsius passione finxerunt: sed fidei fortitudine & constantia armata patienter fert, quae ipsi ferenda Deo imposuit, neq; ab eo se diuelli patitur, quem Dei filium & promissum humani generis seruauerat, sed credebat. Neq; suo fructu fides ista caruit. Nam crucis Iesu Christi consors facta, illum seipsum prorectore eo tempore, quo nihil eius sperare poterat, si carnis ratione sine iudicium audiret, illum commo-

Christus in cruce
matrem
agnoscit.

Agnoscit enim matrem afflictam Dominus, & quamuis ipse in cruce penderet, illum commo-

Mater (inquit) ecce filius tuus. Mulierem vocat, non quod matrem suam esse neget, sed ex commi-
seratione, & quod paulo post non amplius mater, sed orba futura erat. Simul tamen eandem amice
comparatur, & alium ostendit, qui eius curam suscipiat. Quasi diceret: Posthac me quoad vitam hu-
manam non frueris amplius, neque a me qua filius matri debet officia expectabis: Sed ecce hunc mi-
hi dilectum discipulum substituo, qui tibi filij loco erit, & qui omne pietatis officium fideliter presta-
bit, &c. Et mox ad Iohannem quoque conuersus, eam matris instar habeat precipit. Est autem actio
illa memorabilis admodum, & proinde digna, cuius singule persone proprius inspiciantur.

Primum igitur Mariam videamus, quae cum ex regia Davidis stirpe genus duceret, & filij
Dei in carne manifestari mater esset, alteri tamen commendatur, qui eius curam suscipiat, eam alac-
ritate agatur. Unde apparet pauperulam & inopem fuisse, cuius rei non obscura indicia Lucas in
ipso Iesu Christi natiuitate nobis proponit. Docet exemplum hoc, paupertatem per se non ignominio-
sam esse, & reuoluerit peccare eos, qui vel illam impatientius ferunt, vel aliquem eius causa con-
temnunt, atque fastidiunt. Cur enim de eo conqueratur homo Christianus, quod sibi cum matre Iesu
Christi, imo cum eo ipso commune esse videt, quo redemptore gloriatur? Vel cur in aliquo mortali
damnetur, quod olim sanctissimi Dei cultores perpessi sunt? Qui pauperi illudit (inquit Solomon)
probro afficit factorem eius. Proverb. 17. Hinc ergo consolationem petant inopes, & a Deo sibi im-
positum onus patienter ferant, qui non minus ipsis proficiet, quam matri suae Christum prospexisse
vultimus.

Secundo Christum videamus, in quo multa consideratu digna occurrunt. Primum, quod hunc
alium hucusque distulit, nimirum ea prius exequi volens, quae ipsi ex patris mandato ad humani gene-
ris redemptionem obeunda erant. Quo exemplo docet, nos quoque potioresem semper eorum ratione de-
bere habere, quae Deus nobis aliquo peculiari mandato iniunxit, ne ea in alicuius hominis gratiam
vel omittamus, vel in tempus aliud differamus. Monet hoc ipse, quando ne patris quidem funeri eum
interesse voluit, quem in discipulorum suorum numerum vocauerat. Et alibi discipulis ad predicandam
eam emissis grauius praecipit, ne quem inter eundem saluent: no quidem humanitatis officia pro-
hibens, sed monens, ne quocumque praetextu se a sua vocatione retrahi patiantur. Deinde non minus
observari debet, quod per actus potioribus illis matrem non negligit. Est hoc memorabile pietatis
erga parentes exemplum, cuius simile nullum in historijs reperitur. Siue enim dolores, quibus tunc
disturbatur, consideres, siue caelestis regni gloriam expendas, in quam paulo post ingressurus erat,
vix occurrent, quae illum impedire poterant, ne de matre cogitaret. Vicit tamen omnem carnis
affectum pietas, quam Deus in Lege nobis peculiari precepto commendauit. Nec temere factum pu-
tabimus, quod qui absque hominum ministerio occultae virtute matri prospicere poterat, tutorem illi
dare voluit, & eam rationem sequi, quae inter homines vnitatis est. Fecit hoc, ut nobis exemplo
esset, & suo facto legem de parentibus honorandis confirmaret. Meminerunt huius frequenter sacrae
literae, & eandem Lex naturae non gentibus modo, verum etiam brutis quibusdam commendauit,
quod in elephantis & ciconijs historiae naturalis scriptores obseruauerunt. Turpissimum ergo fuerit, si
ad his se vinci sinant homines, neque Christi exemplo moueantur, qui inter acerbissimos crucis do-
res, matris tam diligentem curam habuit. Arguuntur igitur hic nostri saeculi mores, quando multi
in re laetae parentes negligunt, multi impie contemnunt, nonnulli etiam ignominiose tractant, vel
etiam morti eum vultures aut canes sepulchrales inhiant. Sunt hi reuera aegri illi, quos nouissimis
temporibus enascuturos olim Paulus praedixit. 2. Timoth. cap. tertio. Discamus ergo Christi exem-
plum imitari, & in eo obseruemus, pietatem quam parentibus debemus, non externa reuerentia, ge-
stibus submissioribus, aut etiam titulis honorificis impleri, sed in eo potissimum consistere, ut de vi-
tibus, amicitia, hospitio & alijs rebus necessarijs fideliter ijs prospiciamus, quibus vitae nostrae principium
debemus, quique in nostri educatione labores & molestias omnis generis sustinuerunt. Praeterea
hoc etiam non oscit ante praetereamus, quod non cuius temere obuium matrem Christus commendat,
sed Iohanni dilecto discipulo, cuius fidem iam saepe perspexerat, & qui nunc illius praclarum speci-
men edebat. Est hoc ijs obseruandum, quorum fidei orphanos & viduas Deus commisit, principibus
nimirum & quibusvis alijs qui in magistratu constituti sunt: ut nimirum illis tutores dent spe-
ratae probitatis & industriae viros, non impostores, abliguriosos, raptos aut saltem ab omni hu-

Maria paupercula.

Christus matris curam habet.



manitatis sensu alienos. Peccatur enim in hoc sepe negligentia, & interdum improbo erga deum odio: que causa est, quod ex viduarum & orphanorum bonis illi quidem discessant, in viciis inopiam rediguntur. At scelus hoc inultum non finit Deus, qui se viduarum tutorem & pupillorum patrem esse profiteatur.

Ioannes Maria ad se recipit.

Postremo ipse etiam Ioannes inspiciendus venit, qui audita Christi voluntate, ex ea ipsa pietatis officio prosequeretur. Et hoc ingens magna preceptorem suum observantia et gratitudo. Multa enim pratereere poterat, ne hoc onus in se reciperet: propriam nimirum egestatem et inopiam, rerum omnium incommoditatem, pericula, de quibus illos Dominus non semel admonerat et contempnis his omnibus, eius monitis obtemperat, cuius discipulum & seruum buccula fuerat professus. Imitemur exemplum hoc, ut simili alacritate ipsi quoque eos recipiamus, quos Christus commendat, neque audiamus carnis avaram & ambitiosam rationes, quas eius preceptis sales opponunt. Nam etsi ille interdum aliquid pondus habere videantur, reuera tamen frivola sunt. Offensam autem, quod illam in sua recipit Ioannes. Ergo non erronei fuerunt Apostoli, quales forte fuerunt, qui mendicitatem suam horum exemplo rueri student, sed familias suas habuerunt, quibus ut bonos decet honeste prospexerunt, & ex his, quando commodum fuit, aliquos secum circumdarent (quod de vxoribus quoque eorum factitatum fuisse Paulus disertè testatur 1. Corinth. cap. 7. no) aliquando autem tam has quam reliquos in certis locis deposuerunt apud amicos & fideles fratres, de quorum probitate ipsis constabat. Quod si qui istud adhuc negant impudenter, ostendant nobis, quomodo Virginem matrem in sua Ioannes receperit, aut quam egregie matri prospexerit. Istus, qui eam mendico & erronei vagabundo crediderit? Magnam ergo & Apostolorum & Christi iuriam faciunt, qui mendicitatem, que omnis ordinis & disciplina maxima perniciosa est, exemplo tuentur. SED priusquam ab Ioanne discedamus, hoc etiam imprimis observatum dignum, quod etsi Mariam ipsi commendasset Dominus, & ipse haud dubie fidum illius tutorem egerit, quid ignominiose pateretur, nuptiam tamen illam adorare aut advocata loco invocare doceret. cum in Epistola sua de intercessione, qua nobis propter peccata apud Deum opus est, verba Iohannis Christi Iesu meminit, qui se pro nobis dedit propitiacionem, & nosse sit advocata interceditor. Quod si hoc docendo non contumeliosus fuit in Mariam Ioannes, cur nos hodie in tantum contumeliosi dicimur, qui eandem cum Ioanne doctrinam sectamur? Agnoscamus illam suam suam organum fuisse, quo is in filij sui incarnatione uti dignatus est, imitemur illius fidem, modestiam, patientiam & quas preterea eius virtutes sacra litera predicant: Redemptorem nostrum & salutis nostre gloriam soli Christo tribuamus, qui in eius societatem admittit neminem: hunc recte coleamus, simulq; Mariæ virginis memoriam digne celebrabimus.

Christus sitiens accio potatur.

Ceterum tempus est, ut ad Christum redeamus, qui cum matri prospexisset, sciebatur pro se esse reliqua omnia, que in eius morte euentura propheta predixerant. Preceperant enim actionem conuitia & opprobria, que in illum iecerant omnis loci & ordinis homines: senserant ex peccatorum nostrorum pena tentationem grauissimam, que ipsi vocem hanc horrore plene preceperat: Deus meus, Deus meus, cur me deseruisti? Restabat autem quod in Psalmo scriptum nono scribitur: Dederunt in cibo meo fel, & cum sitirem potarunt me aceto. Et ergo hoc quoque proficeretur, dixit, Sitio. Vbi nemo putet, ipsum sitim simulauisse, ut ea occasione fieret quod alium situm fuerat. Verè enim sitiuit, et quidem cum grauissimo dolore, cuius causam naturales adhibere possunt, nox insomnis, cõtinuus animi mæror, neruorum atq; membrorum omnium extensio & sanguinis profusio, qui ex vulneribus iugiter manabat. Nihil ergo finxit Dominus, sed hoc quoque (ut reliqua omnia) verè passus est, ut verum pro nostris peccatis holocaustum fieret: id quod nobis eius siti precipuè est obseruandum. Sed non intelligunt hæc salutis mysteria propheta mittere, qui ex eo potius notam veniantur ipsi insultandi occasionem. Cum enim illic asserat, vas aceto potatum (fortassis pro more ad accelerandam mortem facinorosorum, si ita necessitas postuleret) accipere quidam & ex eo impletam spongiam hyssopo circumdat atque calamo impositam ori eius calamus. Alij verò hoc inhumaniores, ne id fiat prohibent, volentes nimirum illum diuini torquentis verba eius, Eli eli lama sabachrani, scurriliter in sensum non alienum modo, verum etiam in

detorquent, quasi Elia opem atque auxilium implorauerit. Quae omnia ab alijs copiosius descripta
hanc breui narratiuncula absoluit, quae etiam ipsa non pauca habet consideratione dignissima.

Primo Christus sciuisset dicitur quaecumque iam secundum scripturas perfecta erant, & quae ad
hoc perficienda restabant. Ergo praesenti animo dolores crucis grauisimos sustinuit, & inter hos in
eorum meditatione diligenter versatus est, quae de eius morte spiritus olim praedixerat. Cuius rei
iudicium est, quod uerba Psalmi 22. citauit, quo tota fere passionis eius historia per singulas par-
tes expositor. Est hoc plenum dulcissima consolationis. Si enim inter acerbissimos mortis dolores
eorum non potuit obliuisci Dominus, quae ipsum propter nos ferre & facere oportebat, minimè cre-
dendum est eum nunc nostri memoriam deposuisse, quando curis atque doloribus liberatus regno
fruitur, in cuius hereditatem nos tam pridem adoptauit. Docet item exemplum Christi quae nostrae
etiam meditationes esse debeant tam in mortis articulo, quam in alijs aduersis sine afflictionibus.
Cogitemus uisibil nobis fortuitum accideret, morte uero uiam esse omnis terrae, ut scriptura loquitur.
Reuocemus ergo in mentem quae de piorum persecutionibus, de nouissimorum temporum periculis,
de ipsa denique morte Christi olim dixerit, & quae praemia ijs idem promiserit, qui in finem usque
perseuerant. Parient ista meditationes in animis nostris nouum fidei robur, quo facile omnes tenta-
tiones superabimus.

Deinde postremum hunc actum non antea suscipit Christus, quam omnia alia perfecta esse sciat,
quae ipsi ex patris mandato agenda incumbabant. Est hoc magnum summa erga patrem obseruan-
tia argumentum, idemque illius ardens pro salute nostra studium declarat. Neque enim dubium est,
illam etsi quoad corpus sui ardentissima torqueretur, animo tamen multò magis stituisse salutem
nostram, quam capite quarto cibum suum esse dixit. Seruiat hoc consolationi in tentationibus, ne
nos & salutem nostram ab illo negligi putemus. Qui enim amissam tam anxie quaesiuisset, acquisitam
& tanto pretio redemptam negligere non potest. Praeterea ad patientiam nos excitet eius exem-
plum, ut ipsi quoque inter pericula & dolores quosuis constanter pergamus in obedientia, quam
Dei debemus. Sibi ergo istud applicent qui carceribus conclusi detinentur, qui exilij molestias sen-
tiunt, qui moribus diuturnis cūabescunt, qui inter lentos tormentorum cruciatus martyrij coronam
accipiunt, denique quotquot aliqua cruce grauantur: & quia nos plerumque nescimus, quando cur-
sus nosster impletus sit, perseueremus patienter quam diu Deo placuerit, qui nos supra vires tentari
non sinet, & simul afflictiones nostras consolationibus temperabit, prout nobis opus esse uiderit.

Tertio militum perulancia atque crudelitas obseruari debet, quae mundi huius ingenium ex-
primunt. Solet is Deo salutem eius scienti acutum propinare quouis felle amarulentius, quado non
in solitis modo sceleribus pergit, uerum etiam illis noua indices accumulatur, & Dei longanimitate pe-
culanter abutitur. Conquestus est olim per Isaiam Domiuus de hac Iudeorum ingratiitudine sub
vinea parabola, quae post culturam non minus sumptuosam quam laboriosam uuarum loco labru-
scas culerit. At uinam uires eiusmodi degeneres non passim hodie haberentur, & quidem in medio
uicinia, quae uinea Domini dicitur. Si cui ergo haec militum perulancia displicet, caueat diligenter
ne Christo per euangelium poenitentiae fructum poscenti amaras peccati labruscas obrudat. Cate-
rum non aduersus Deum modo mundus hic perulancer insurgit, sed iisdem moribus erga pios quoque
uincit. Nam his etiam in cruce pendentibus scurriliter insultat, & nouis subinde afflictionibus eos
grauat, qui amica consolatione debebant subleuari. Faciunt hoc qui persecutionum tempore pijs fi-
dem in Christum & euangelij promissiones exprobrant, qui item ex scripturae uerbis, quibus illos
aliquando uiri audierunt, ipsos ridendi occasionem arripiunt, uel etiam eorum preces amarulenter
calumniari solent. Fiunt ista frequenter hodie, & fere laudem excimiam referunt, qui hic reliquos
sunt ingeniosiores. Sed est hoc ingens scelus, quod olim in Amalekicis, Idumaeis, Tyrijs, Babylonijs
Deus grauius puniuit, qui nec hodie suo officio deerit in ijs puniendis, qui illorum mores imitantur.
Neminem ergo ista offendant: sed meminerint pijs se dum ista patiuntur Christi socios esse, qui olim
acerum istud in dulcissimum beatæ immortalitatis nectar conuertet, quod ad eius mensam in caelis
libent, qui hic cum ipso in tentationibus perseuerauerint.

Considerationem praeterea ampliore in hoc militum facto mereatur, quod impij sepe ignoran-
ter faciunt ea, quibus salutis nostra mysteria illustrantur. Propinant isti Christo acutum, & poculi

Christus sciuisset
quae essent e-
uentura.

Christus patris
obseruantiss. et
nostrae salutis
studiosiss.

Mundus Chris-
sto aceti pro-
pinat.

Milites per ig-
norantiam Chri-
sti mortem ho-
norant.



loco videntur spongia, qua vix aliud leuius atque abiecius esse videtur. Circundant illam hyssopus quod qua ratione factum sit multi disputant. At quia prophani milites ex gentibus fuerunt, et Chisti petulantius illudere voluerunt, ego illos ad publicum morem respexisse puto, quo gentes in conuuijs solennioribus pocula coronare solebant. Isti ergo ne quid petulantius omittant, postremum Christi potum per ludibrium coronant, non quidem herba aliqua nobilitati, sed hyssopo, quae et potus acerbius est, & in Iudaea omnium contemptissima semper habita fuit, vt videtur in Regum capite quarto vbi inter Solomons libros is quoque nominatur, in quo de stryphis dicitur, a caeteris Libani vsq; ad hyssopum, quae ex pariete progerminat. Per contemptum ergo hoc fecerunt milites, et tamen bene abusus est, vt ignari quoque tantorum mysteriorum de illo testimonium ferrent. Cuius enim hyssopo purgandi vim inesse, quae causa fuit, quod in lege sacrificijs expiatorijs & iustitiam habebatur. At quia nunc eadem postremus ille Christi potus coronatur, non obsecro dicitur rarius sanctus, hunc esse sacrificium illud, quo mundi peccata expiari oporteat, adeoq; hyssopum esse veram, de qua Dauid in Psalmo quinquagesimo primo loquitur, orans: Expiat me hyssopus mundus ero, &c. promissum haud dubie redemptore intelligens, quem sacra Legalia adumbrata. Itaque Christum magnifice celebrant impij milites, dum ei scurriliter illudunt, simulq; seipsum denuntiant, dum humani generis seruatores reijciunt. Extant alia quoque huius generis exempla, quae censeri debet quod Capite vndecimo de Caiapha pontifice contra Christum sententiam dicitur audiuimus. Et hodie similia multa fiunt, quae fortuita quidem videntur, sed non sine numeris, vt ex ijs discamus quanta diuinae veritatis vis sit, quae ab hostibus quoq; vel iniurijs vel longioribus cogitantibus testimonium accipit, quo commendetur.

Consummatum est.

Sequitur postremus Christi in cruce actus. Vt enim acetum hoc gustauit, dicitur Consummatum est. & inclinatum capite tradidit spiritum. Loquitur autem de eo negotium, quod tunc agebatur. Hoc humanae redemptionis opus. Hoc ergo consummatum esse ait, simulq; iam impleta esse, quaecumque olim patribus praeis promiserit Deus, quae item in typis legalibus adumbrata, & per prophetas ex spiritus suggestionem praedicta fuerint. Neque obstat huius dicti veritati, quod reuera hoc erat ipsius ex mortuis resurrectionis & gloriosa ascensio in caelos, quibus nostra saluus completum continetur. Scimus enim duo haec in morte eius includi, vt q; scriptura interduo solus scimus. Etionis mentionem faciens, mortem subintelligit, quae illam necessario praecedat, sic & contra saluus resurrectionis & quae hanc secuta est, ascensio in caelos comprehenditur. Porro vsus huius dicti generis expendere oportet, qui duplex est. Primo sacrificia externa omnia abrogat, & nos iustitiae merito plene & perfecte redemptos esse docet. Damnantur ergo impietatis in Christum, quae noua pro peccatis sacrificia instituant, aut ipsius Christi sacrificium iterant, quod nimis impudenter. Mystifici monachi & sacrificuli hodie faciunt. Si enim consummatum fuit in Christi morte redemptionis nostrae negotium, nihil certe reliquum mansit, quod nos ad eius consummationem faceret. Et si vetera sacra, quae diuinitus instituta fuerant, aboleri oportuit, vt Christi merito iam non integer maneret, impium fuerit noua substituere, quae vt ab hominibus auaris excogitata sunt, Christum mendacij arguunt, qui iam mortuus omnia consummata esse dixit, quae ad peccatorum nostrorum expiationem & totum nostrae redemptionis negotium necessaria erant. Denique confitetur nos hoc Christi dictum in omni tentationis genere. Si enim omnia perfecit Dominus, saluus est vique peccatum, neque nobis amplius imputari poterit. Vnde colligitur non posse nobis deus esse quae ex peccato originem duxerunt. Quid ergo huius seculi incommoda metuemus, quae ceteris tibus ad bonum cooperantur? Quid mortem timeamus, quae per Christum felix ad vitam transeat facta est? Quid inferos exhorrescimus, quorum portas ille confregit? Quid denique ipsum mortis principem formidamus, qui & exarmatus & regno suo, quod male occupauerat, electus est? Quis per ergo sonet in auribus nostris hoc Christi dictum, vt & superstitiones caueamus, quae illius meritum euacuant, & tentationes omnes vincamus, quibus nos a statione deijcere conatur satan, qui diuictus licet saluti nostrae insidiari non desinit.

Christus tradidit spiritum inclinatum capite.

Sed ipsam quoque Christi Iesu mortem videamus, quem inclinatum capite spiritum tradidit, amnes scribit. Lucas eundem alta voce exclamauisse ait: Patet, in manus tuas commendo spiritum meum.

mem. Concurrunt hic non obscura diuinitatis argumenta, quae à Centurione & alijs nonnullis obseruata fuisse alij Euangelistae testantur. Primo enim virtutem humana maiorem clamor ille & deserta postremorum verborum enuntiatio indicat. Scimus enim morituros ita deficere, ut plerique ne loqui quidem submissus possint. Deinde Deum patrem dicit, ut verè se eius filium esse ostendat, quem paulò ante hostes ipsi exprobrauerant. Præterea quando vult moritur, adeoque cum auctoritate animam deponit, ut se moris & vitæ Dominum esse indicet, quod euidentis diuinae potentiae argumentum est. Quis enim (ut Augustini verbis vtar) ita dormit quando voluerit, sicut Iesus mortuus est quando voluit? Quis ita vestem deponit, quando voluerit, sicut se carne exiit quando voluit? Quis ita cum voluerit abire, quomodo cum voluit obire? Rectè autem his infert idem pater. Quanta speranda vel timenda potestas est iudicantis, si apparuit tanta morientis? Prodes igitur diuinam Christi potentiam, quae in morte tam luculenter se exeruit, diligenter obseruare, ut ex ea spem salutis firmam concipiamus, & eiusdem timore in officio contineamur, neque locum demus affectibus, qui nos plerumq; transuersos abripiunt. Simul verò non temerè factum putabimus, quod gestu dormituri Christus mori voluit. Ita enim mortem corporis obdormitionem esse docet, quae locutione veteris scripturae sepe vitur, & eadem ipse supra vsus est, quando Lazarum dormire dicebat. Facit hoc quoque ad profigendum mortis terrorem, & spem futuræ resurrectionis cõfirmat, sicut alibi fusius diximus.

Sed & animam patri commendat. Quo facto de animarum conditione nos admonet, quae quoad essentiam suam spiritus sunt, in morte autem neque moriuntur neque obdormiunt, sed ex corporis ergo solo disgressæ colliguntur ad locos suos, impiorum quidem ad inferos, piorum verò ad æternæ beatitudinis sedes, ubi cum Christo viuunt & gaudent, olim ad corpora sua reditura, ubi hæc refusa fuerint. Admonet item Dominus, cui nos quoque animas nostras commendare debeamus: Nimirum Deo, qui illas dedit; & suo exemplo eorum superstitione damnat, qui Diuos cœlites animarum suarum tutores sive custodes faciunt, & hos in mortis articulo inuocant. Vult enim Christus nos secum esse, & sua mortis merito patrem nobis reconciliauit, ut minimè timendum sit, ne is nos reprobet, aut in fide morientium animas aspernatur. Seruit ergo Christi morientis exemplum confutandis ijs, qui purgatorum ignem sinxerunt & sacra pro defunctis instituerunt, quæ ut ipsis questuosa patre, ita fidem morientium vehementer labefactarunt. At quia illi nos talia dicentes nouitatis accusant, audiant quæso D. Cyrillum, cuius verbis sermonè istum concludere libet: In manus Dei patris animam suam commendauit, quod nobis magnæ spei fundamentum atq; originem præbet. Credere namque debemus, cum à corporibus sanctorum animæ abierint, tanquam in manus charissimi patris, bonitatis diuinæ cõmendari: nec ut quidam infidelium crediderunt, in terris conuersari, quod usque sepultura honoribus affectæ sint; nec ut peccatorum animæ ad immensæ cruciatuum locum, id est ad inferos deferri, timere hoc nobis à Christo primùm preparato, sed in manus patris potius euolare. Tradidit enim animam suam in manibus genitoris, ut ab illa & per illam factò initio, certam bonius rei spem habeamus, firmiter credentes, in manibus Dei nos post mortem futuros, vitamq; multo meliorem ac perpetuam cum Christo victuros: ideo enim Paulus desiderauit resolu, & esse cum Christo, & illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

HOMILIA CLXX.

Iudæi ergo, ut non manerent in cruce corpora sabbatho, quoniam erat parasceue (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogarunt Pilatum, ut frangerent eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & prioris quidem frangerunt crura, & alterius qui crucifixus fuerat cum eo. Ad Iesum autem cum uenissent, ut uiderunt eum iam mortuum, non frangerunt eius crura. Sed quidam ex militibus lancea latus eius fodit, & statim exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit, testatur & uerum est testimonium eius, & ille scit quod uera dicit, ut & uos creda-

tis. Facta sunt enim hæc, ut scriptura impleretur: Non confringetur ullum os ipsius. Et rursus alia scriptura dicit: Videbunt quem transfixerunt.

Signa mortem
Christi comita
ta & secuta.

ET si filius Dei Iesus Christus in hoc mundo pauper & contemptus vixerit, divinam tamen virtutem signis & miraculis ita declaravit, ut illam plerique ex vulgo potuerint agnoscere. Et hoc ipsum sub mortis horam. Qui enim medius inter latrones pendebat & ab omni loco ag. ut dicitur hominibus contumeliosus & opprobrijs atrocibus obruebatur, interea non obscuris indicijs testatur se Dei filium, adhuc vitæ mortisque Dominum & humani generis redemptorem esse. Nam ut ad Evangelistæ scribunt, Soli suam lucem eripuit & tenebras terti orbi iniecit, templi velum disiecit, terram omnem immani motu concussit, quo & petreæ fissæ & mortuorū sepulchra patefacta sunt. Quæ omnia ut non potuerunt humanis viribus fieri (quod multi ex astanti turba non sine animæ consternatione obseruarunt) ita innocentie ipsius testimonium rulerunt, ad hæc mortis eius præcursus adumbrarunt, penasq; dignas denuntiaverunt hostibus ipsius, quas non aliaratione suffragari potuerunt, quam ut ipsum seruatore & Dominum suum agnoscant. Quia verò hæc ab alijs præcursus expresserunt, Ioannes is præteritis vnum modo, quod in eius morte editum est, signum commemorat, cuius ipse testis fuit oculatus: & in eius descriptione diligentiam singularem adhibet, quia in principia redemptionis nostræ mysteria adumbrata fuerunt, & idem plurimum facit ad fidem nostram confirmationem, quando ostenditur in Christo impleta fuisse, quacunque olim spiritus sanctus de permissio seruatore prædixit.

Iudæi petunt
ut cadauera ex
cruce tollantur.

Narrandi exordium facit à facti huius occasione, quæ partim ex temporis circumscriptione, partim ex lege petita fuit. Erat enim parasceue magni sabbati paschalis, quod singulari solemnitate celebrabatur, ideoq; indignum et iniquum erat illud aliquo modo aut miserabili spectaculo violari. Deinde lex erat, ne facinorosorum cadauera diutius quam ad Solis occasum in cruce relinquerentur, & rationem huic Legi grauem adiecerat Moses: Quoniam maledictio Dei est suspensus, & non pluit terram tuam, quam Dominus Deus tuus dat tibi. Dicitur autem suspensus Dei maledictio in mortalem ille corpore simul & anima perditū velit, sed quod Deus execrari & abominari solent, manitatem & crudelitatem qua in eorum corpora ex anima adhuc seuitur, qui secundum legem suorum suorum penas dederunt. Tunc enim (quod proverbio dici solet) latrociniū in latrone committitur. Voluit ergo Deus suppliciorū rigorem moderari, ne in fontibus plecendis modus excedatur. Sed hoc cōmunis humanitatis sensus, ut eos cōmiseratione prosequamur, qui eiusdem nobiscum naturæ sortis sunt, & dum illi ducuntur, cogitemus à nobis quoq; nihil humani alienū esse, et quod illi accidunt, id nobis accidere posse, si suū nobis spiritū Deus subducatur. Regit ergo hoc præceptum Dei, quod Iosue in Chananeis quoq; regibus obseruandū putauit, ne crudelitate barbara Dei recitari dederet. Et certè monendi erāt hodie Christiani magistratus, ne in re tanti momenti barbaræ imitarentur. Sed ad Iudæos redeamus, qui etsi festi religionē & Legē Dei præceperant, legem tamen spectauisse videntur, nimirū ut Christum secundum leges penas dedisse & ipsi Deo abominabilem esse persuaderent populo, & ut unā cum Christi corpore memoriam quoq; eius ex hominibus abolerent, quod in frequenti populi cōcursum imprimis faciendū esse putarunt. Rursus ergo præcedunt hypocrisis & præposterū religionis studiū. In eo enim quod minoris momenti erat, se præceperunt, qui prius contra leges sanguinem innocuum effundi curauerant. Solliciti item carent, ne unus ille dies festi fædo & horribili cadauerum in cruce pendentium conspectu violaretur, & absq; omni numinis metu festi Dominū & authorem non minus iniuste quam crudeliter occiderent. Idem ergo faciunt quod nuper, quando prætorū noluerunt ingredi, ne in diem festum polluerentur, & (quod de illis Christus dixit) colant culicem, deglutiunt autem camelum. Neq; multum ab illis est omnium hypocritarū sanctimonia, qui propria suorum operum iustitia nituntur. Ceterum vixit, qui se habeat, hæc fucata Iudæorū sanctimonia eos arguit, qui cum Christiani dici et haberi velint, ab omni animorū præparatione ad sacra irrumpunt, & ea improbo concēptu profanant. Solliciti præterea scimus ritus Leuiticos, quibus Iudæos olim præparari oportuit, rari tamen & firma necesse Christi leges, qui da verbum suū animos honestos & discendi cupidos asserre iubet, & per Apostolum

mandat, ut qui ad mensam suam accedere volunt, seipso prius probent atq; diligenter examinent, ne indigne edant aut bibant. Sed quam multos videre est, qui ad prophanum convivium maiori cum reverentia accedunt, quam ad magna ista & salutaria Christi & ecclesie mysteria? Habebunt hi olim Iudaeos iudices, qui etsi nimis impij essent, non ita tamen frontem perfricuerat, quin aliqua praeparatione, aut saltem pietatis atq; honestatis simulatione opus esse intelligerent.

Porro praemissa facti totius occasione, ad signi narrationem Ioannes accedit, & Pilatum Iudeorum postulationi consensisse ait, nimirum sic eius animum mouente Deo, qui filij sui gloria illustrare volebat. Franguntur ergo crura duobus latronibus, qui nondum exspirauerat. At ubi ad Christum ventum fuit, hunc verè mortuum esse vident, & proinde crurum fractione non opus esse existimant. Quidam tamen reliquis vel cautior vel (quod verisimilius est) petulantior atq; crudelior, experimentum de illo facturus, latus eius lancea fodit, ex quo vulnere mox sanguis & aqua effluerunt. Quo loco primò consideranda venit Dei providentia, quae ea etià mirifice gubernat, quae fortuita videtur. Apparet hoc in Pilato primùm, qui cum natura Iudaeis iniquior esset, & eorum improbitate offensus titulum crucis mutare noluisse, imò hoc postulantes non sine contumelia reiecit, hic tam facilem sese praebet, & quod petunt benignè cœdit. Unde verò hanc tam subitâ animi mutationem in eo obortam fuisse putabimus? Num ex festi religione? At qui sacra illorum omnia cum templo illum improbe contempsisse scimus. Num ex populi indigni consuetudinis metu? At qui facile ipsi erant inermes armatis militibus opprimere, vel omnem huius facti inuidiam in sacerdotes atq; Seniores ipsorum derinare. Dei ergo hoc opus fuit, in cuius manu regū quoq; corda Solomon esse testatur. Is prius ob sinuati reddidit, ne cum Christi ignominia inscriptionem mutaret: & idem nunc animum eius molliuit, ut in illud consentiret, quod illius gloria erat seruiturum. Deinde eiusdē providentiae opus fuit, quod Christus opinione omnium citius mortuus esset, ne militum petulantiae locus esset, & simul scriptura impletur, quam postea Ioannes allegabit. Talia frequenter videmus fieri, ut aliquorū mors vel morbis vel aliquo casu improviso acceleretur, ne quid grauius patiantur ab impijs persecutoribus conatus Deus praevideat, aut ne malis communibus implicentur, quibus genus totius scelerata Deus punire constituit. Sic Iosiam prius tolli oportuit, ne miserabile urbis excidium videret. Et non est illud Isaiæ: Colligitur ante malum iustus. Debet hoc diligenter observari, & minus offensus morbi vel nos ipsos vel alios mori contingat, qui nobis sepe vitales fuerunt. Idem in alijs quoq; casibus cogitemus, nihil omnino furivè fieri, sed certam Deo constare suorum iudiciorum rationem, & ea plerumq; nobis ad salutem cedere, quae initio maxime nocitura esse videntur. Quod clarius elucebit si huius facti historiam propius intus amur. Constat enim Iudaeos atq; milites hosce nihil minus quam ea cogitasse, quae ad prouehendam Christi gloriam et ad mysteriorū salutis humane declarationem pertinebant. Illi enim in hoc toti sunt, ut Christum extrema ignominia obruant: hi verò furoris ipsorum ministros sese praebent, & fortassis lucri causa illis gratificari cupiunt. At quicquid faciunt, hoc omne ad Christi gloriam cedit, qui paulo post honorifice sepelietur, & illustrandis fidei atq; salutis nostrae mysterijs mirifice seruit. Quia enim latus & praecordia Christi transfigit miles, eo facto mortis eius veritas asseritur contra haereticos, qui putativè & imaginariè modò mortuum fuisse tradiderunt: idemq; resurrectionis ipsius gloriam vehementer illustrat. Deinde signum sequitur, quo ipsi salutaris fontes quasi ob oculos nobis ponuntur, ut mox docebimus. Tantorum bonorum nobis ministri fuerunt isti milites, non quidem sua voluntate, sed Dei dispensatione, qui illorum petulantia bene usus est. Agnoscamus nos in eiusmodi exemplis providentiae diuinae vim, ut ex ea consolationem petamus aduersus impiorum conatus, Nam faciant illi quod volent, non aliud tamen efficiant quàm quod Deus fieri decreuit. Huius autem voluntas est, ut eternum seruentur & viuant omnes, quos ille filio suo donauit priusquam mundus hic crearetur. Salutem ergo nostram prouehent hostes, quando nobis vitam hanc mortalem eripiunt, & ignominiosos facere conantur.

Christi mortui latus transfigitur.

Sanguis & aqua qua ex Christi mortui latere fluunt.

n confringe
ebunt quem

it, diuinam tamen
erint cognoscere. Et
omnis loci atq; ortu
is iudicij testatur
em esse. Nam ut ad
templi velum delin
lehra passus fuit, h
rba non sine ammō
e mortis eius fructu
rione effugere ipso
alijs prolixè expre
ignum commone
libet, quia in op
cit ad fides nos
iricus sanctus de
is circumstantia, p
gulari solemnitate
aculo violari. De
elinq; uentur: & r
ensus, & non p
ei maledictio
dominari. Sicut
secundum legem
in latrone commu
us excedatur. Al
n nobiscum natu
esse, et quod illi
hoc praeceperat D
hara Dei ecclesie
genti barbarorum
exercent, longè
& ipsi Deo ad
eius ex hominū
st. Rursus ergo
omenti erat, ut ip
item cauent, ut n
violatur: videtur
ruditer occidit.
sestum pollueretur
eg, multum ad
Ceterum utri
et haberi uoluit, ali
ant. Sublati pro
sen & firma nesc
bet, & per Ap
mendat.



Christum nostrum redemptorem esse, eò quòd per aquam & sanguinem veniit. Et hodie ex
 rum vulneribus nonnunquam sanguis largior prorumpit, si ad illa adducantur aut sponte acci
 ij, à quibus illi iniquè aut ex insidijs occisi sunt: quòd absque miraculo & singulari Dei dispensa
 ne fieri nemo cordatus facile dixerit. Miraculum ergo hoc etiam fuit, quòd Deus filio suo refectio
 um ferre, & simul fructum mortis eius adumbrare voluit. Scimus autè sanguinis usum dicitur in
 crificijs & expiationibus fuisse, quas sine illo fieri non potuisse Paulus ad Hebræos testatur. In
 guine etiam vite sedem scriptura monstrat, quæ causa fuit quòd olim sanguinis esum Deus pro
 buit. Aqua verò abluendis sordibus & recreandis corporibus servit. Atqui omnia ista in Christi
 te nobis hoc signū ostendit. Ipse enim in ara crucis pro mundi peccatis immolatus, illa sue mortis
 rido expiavit. Quòd apostolus ad Hebræos nono capite diligenti cum veteribus sacrificijs collatum
 illustrans, inter alia scribit: Non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per propriam sangui
 nem ingressus est semel in sacrarium, æternam redemptionem nactus, etc. Idem morte sua vitam
 acquisivit nobis, quam omnibus in se credentibus pollicetur. Quò imprimis referri debet, quòd
 Marthe Lazari sorori dixit: Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit
 viuet. Sanguini autem aqua coniungitur, vt illo nos simul abluat & mundari, ad bæc a hæreticis
 scientias ad vitam æternam refici intelligamus. De quo Ioannes nos admonens ait: Sanguis filij Dei
 emundat nos ab omni peccato. Et ipse sitientes ad se vocat, & ijs qui ad se veniūt aquam vitam
 quæ per fidem hausta animas perpetuo recreat. In eius ergo morte fons illi nobis apertus fuit, quò
 olim per Zachariã Cap. 13. promissit, dicens: In die illa fons aperietur domui David & habitantibus
 Ierosolymæ ad expiandum peccatū & menstruam immunditiæ. Vbi propòsta duobus veni
 nia comprehendit, quæ sub peccati censum veniunt, tam ea quæ aperte cõtra legem Dei fuerunt, quàm
 innatam nobis corruptionem, quam ex primis parentibus iure hereditario cõtraximus. Ad hæc
 gno hoc demonstrari voluit Deus, cui Sacramenta noui testamenti probè respondent. In baptis
 mo peccatorum ablutio & hominis totius inuolutio, in Cena autem per Christi sanguinis salu
 piatio partaq; salus obsignantur. At hic diligenter nos meminisse oportet, ea runc nobis saluati
 re, si non in externis symbolis hæreamus, sed his quasi adminiculis aut fulcris erecti, ex ipso
 per fidem hauriamus dona illa salutifera, quæ in illis representantur. Quòd verò Papiæ hæc
 morem sumptere, quò vinum in Cena mystica, vel potius Missa sua, aqua diuinit, ad hæc
 lum est, vt vix mereatur aliquam conforationem. Si enim ex hoc signo peti debet externum
 ne ritus, eadè ratione panis ex illa remoueri debet, quæ illi aquæ admiscet, & ita illum
 & aqua peragi oportebit, cum nullam panis ex Christi latere simul prolapsi mentione euangeli
 ciat. Quòd si illi nobis Christi institutionem obijcient, qui panem iusserit distribui, post illum
 recipimus, & in reliquis etiam eius formulâ retinendâ esse sentimus, cum nulla melior ad hunc
 cogitari possit. Sed magis ridicula est Monachorū fabula, qui militè istum Longinum quendam
 dicunt, eumq; cæcum fingunt, restitutum autem huius sanguinis & aque beneficio, quæ ipsi
 nis ad Christū causa fuerit. Quid enim huius euangelista tradiderit? Sed voluit satis merito
 historiâ significati eiusmodi obscurare, vt eadè opera ab eius merito hominū animos auocaret. Et
 est eos in Christi cognitione ita miserè cæcutire, qui cæcos ab illo illuminatos olim fuisse fatentur.

Ioannis de hoc
 signo testimo
 nium.

Ceterum relictis hisce ineptis fabulatoribus, ad Ioannem redeamus, qui diligentia & gra
 te admirabili de signo isto testatur, adeò vt vix ipse sibi hic satis fecisse videri possit. Nam quò
 (inquit) testatur, & verum est testimonium eius, & ille scit quòd vera dicit, vt & vos credatis
 Primò oculatum testem se esse ait, qui proprijs oculis perspecta, non ex aliorū relatione accep
 ret. Deinde ne quis aliqua imaginatione delusum putaret, addit: Et verū est testimonium eius. De
 eo contentus, quasi parum dixisset, rursus subiicit: Et ille scit quòd vera dicit. Et finem emittit
 dit. Vt & vos credatis: quem omnium miraculorū Christi, adeòq; totius historie euangelicæ præ
 alibi diximus, & ipse Ioannes circa calcem sequentis cap. annotabit. Afferunt ista fide & caritate
 rem doctrina apostol. simulq; monent, ne in fidei & salutis causa temere quibusvis credamus, vel
 quouis vento doctrina (vt Paul. ait) patiamur circumferri. Nam ne istud fieret, certis & plurim
 uratos testes delegit Deus, vt certò nobis cõstaret, quib. fides haberi debeat. Et illi ipsi hæc de
 in ferendo testimonio ita grauitate vsi sunt, ne quis ipsos temere in aere locutos esse arbitretur.

enim in presenti facit Ioannes, hoc ipsum in epistola sua initio facit, quādo Christiana doctrina sum-
mam traditur sic orditur: Quod erat à principio, quod audiimus, quod vidimus oculis nostris,
quod spectauimus, & manus nostra conuertarunt de Sermone vice: quod (inquam) vidimus & au-
diuimus, annuntiamus vobis, &c. Simili ratione Petrus apud Cornelium doctrina sua fidem facit
eo argumento, quod ex testium eorum numero sit, quibus cum Christus rediuit non modo collo-
qui, verum etiam edere atque bibere dignatus sit. Et in posteriori epistola Capite 1. scribit: Non arte
compositas fabulas secuti, notam vobis fecimus Domini nostri Iesu Christi virtutem et aduentū, sed
qui oculis nostris aspeximus illius maiestatem. Neque alia causa Paulum mouit, quando euangelij
sui auctoritatem contra suos aduersarios tam cōstancer asserit, atq; se illud nō ab hominibus, sed ex
ipso Deo didicisse probat. Cauere enim voluit, ne humana putaretur doctrina eius, & ideo mi-
nister fidei apud auditores inueniret. Itaq; inexcusabiles planē sunt, qui relictis apostolis ad hominum
traditiones & fabulas conuertuntur, quae nulla scripturarum auctoritate probari possunt.

Porro ne Ioannes de nihilo tanta cum grauitate testari putaretur, facti huius causas alius
seruatur, & eas in veteris scripturae oraculis monstrat, quas ita impleri oportuerit. Adducit enim
duos scripturae locos, qui duobus quae hic narrantur, probē respondent. Nam cum à crurum fractione
militēs abstinuisse dixisset, causam his verbis subiicit. Facti sunt haec, vt scriptura impleteret: Nō
confringatur vllū os ipsius. Exat locus hic Exodus Capite duodecimo: vbi de epulo paschali agitur,
inter cuius ritus alios hoc quoque Dominus praecipit, vt agnum totum comedant, nihil ex eo abij-
ciant aut referent, ossa denique, quae comedi non possunt, non confringant, sed igne comburant. Re-
fert autem dictum hoc ad Christum et transfert Ioannes, quia epulum istud non modō liberationis ex
Egypto memoriam habebat, sed futuram quoque humani generis redemptionem adumbrabat: quo
nomine Baptistā quoque Christum agnum Dei esse dixit, & Paulus illum diserte nostrum pascha
nominat. Nec parum fidei nostrae confirmandae seruit, quod in veterum quoq; ceremonijs Christum
figuratum fuisse audimus. Ita enim apparet, illos eandem (vt apostolus ait) nobiscum escam come-
disse, neq; nos aliam fidem profiteri, quam qua olim veteres seruati sunt, quorum pietatem spiritus
sanctus tantopere commendat.

Scripturis con-
firmatur sig-
num in Christi
morte aditum.

At non caret mysterio ritus ille, cuius hic fit mentio, & qui in Christo verē impleri debuit. De-
beant enim (vt diximus) agnum totum comedere, ossa autem neq; confringere, neq; (vt ferē fieri so-
let) canibus, aut aliō per contemptum projicere. Ita verō admonerentur, verum illum agnum Dei,
Iesum Christum, totum fide debere apprehendi, qualis nimirū in scripturis proponitur, ne (quod de-
licatū in cibis facere consueuerunt) ea quidem cum applausu recipiamus, quae carnis cupiditatibus
adhibescunt, reijciamus autem quaecūq; illis aduersari sentimus. Faciunt hoc multi hodie in euan-
gelij doctrina, quae causa est, quod ipsi quidem nullos in pietate vera progressus faciunt, alij verō
scandalorum auctores sunt, & totum fidei Christianae negotium turpiter diffamant. Diuidunt eti-
am Christum haereticos, quorum alij diuinam in eo naturam negant, alij humanam, multi vtramque
simul euacuant, dum quae eius merito debentur aliō transferunt. Quia verō multa in Christi myste-
rijs occurrunt, quae nostri ingenij capere superant, ea neque curiosius scrutari debemus, neque eti-
am contemptim reijcere. Confringunt enim Christi ossa, qui ne quid ignorare videantur, arcana
quaeq; suo acumine inuestigant, & de ijs etiam disputationes instituunt, quae nobis in alcerum secu-
larum reuerata esse scripturae testantur, vbi Deum & regni eius mysteria facie ad facie videbimus.
Rursus ossa illius abijciunt, qui scurrili contemptu quasi considerari indignum damnant, quicquid
non intelligunt. Est vtrumq; vitium graue admodum, vtrique autem medetur fidei obedientia,
quae sensus & affectus carnis omnes verbo Dei subiicit. Praeterea fidelium consolationi seruit ista
positioe dominicae particula. Vt enim non permiffum fuit militibus ossa Christi frangere: ita piorum
quoq; ossa seruat Deus, ne male pereant in persecutionibus aut quouis alio tentationis genere. Ossa
vero illorum dicimus primō fidem, quae cum Christo nitatur, eueri nō potest: deinde animas ipsas,
in quibus nihil turis habent tyranni, quantumuis interdum ex Dei permiffione in corpora nostra cru-
delissime seuiant.

Ossa Christi
non frangenda.

Locus Zachaei

Alterū scripturae locū de Christi latere transfixo ex Zach. cap. 12. adducit, vbi sic loquitur Do-
minus: Et fundam super domū Davidis & habitacorem Ierosolymae spiritum gratiae & lamentatio

Locus Zachaei
12.

num (qui nimirum eos ad pias lamentationes & preces excitet) & respicient ad me, quem crucifixerunt. Quo loco promittit fore, ut qui ipsum diu irritarint immani scelerum licentia, & postremo cruce etiam transfixuri sint, tandem ad ipsum conuertantur & suam misericordiam implorant. Quod multos ex Iudeis eo ipso die fecisse Lucas scribit, qui visis signis (quorum initio mentio facta est) cum planctu merore & dolore in urbem Ierosolymā sunt reuersi. Et Petro primā concione habita post acceptum Spiritum sanctum, multi intra animos suos compungebantur, & Christum cum iam apprehendebant. Quae exempla afflictae sub peccatorum pondere conscientias efficacissime commouebant, & simul monent, ne mox de ipsis desperemus, qui ex ignorantia Christum persecuerunt, & de peccatis sunt impliciti. Possunt enim hi quoque conuerti, ut eius iugum in se recipiant, quod non constringere & abijcere conantur. Interim meminerimus, impijs quoque & contrumacijs Christianis temporibus euenturum, ut olim in magno illo die Christum videant in gloria patris, quos tunc in huiusmodi moribus vel etiam armis & facibus in verbo & membris suis confixerunt. Vide quae in hac re ipse dicit Matthei capite 24. & quae in libro Sapientiae capite quinto de piorum operibus scribuntur, quales nimirum tunc eorum cogitationes & sermones futuri sint. Et hoc scripturae veteres interpreses hunc locum exposuerunt: qui simul docet, Iesum Christum assumptam ex virgine carnem, in qua passus est, etiam nunc in caelis retinere, & in ea venturum esse ad iudicandum vivos & mortuos. Sensit hoc vetus & orthodoxa ecclesia, ut patrum vetustissimorum libri testantur. D. Augustinus enim de hoc Zachariae vaticinio loquens scribit: Ibi promissus est Christus, ea, qua crucifixus est, carne venturus. Ante hunc verò Tertullianus in libro de Carne Christi dubitauit sic dicere: Idem venit de caelis Dominus, qui est passus, idem omnibus apparere non resuscitatus: & videbunt & agnoscunt qui eum confixerunt, utique ipsam carnem, in quam ierunt, sine qua nec ipse esse poterit, nec agnosci, &c. Possent huius generis testimonia multa addi, quibus confutatur, qui hodie carnem Christi deificatam fingunt, eamque suis ex utraque proprietatibus prorsus exciniantur. At quia de his alibi dictum est, ista obiter monuisse sufficiat. Hanc enim rem loci, quem hucusque exposuimus, hic nobis vsus esto, ut Iesum Christum agnoscamus eum, qui olim promissus fuit, & in quo vno peccatorum expiatio, via salutis, continetur. Eum etiam amplectamur, & in eius praeceptis ambulemus, ut lacus nobis illuceat dies ille, quo olim ad iudicandum in nubibus caeli veniet. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

HOMILIA CLXXI.

Posthac autem rogauit Pilatum Ioseph Arimathiensis (qui erat discipulus Iesu, sed occultus propter metum Iudaeorum) ut tolleret corpus Iesu: quod permisit Pilatus. Venit ergo & sustulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus (is qui uenerat ad Iesum nocte primū) ferens mistrā myrrhae & aloes libras quasi centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudaeis sepelire. In eo autem loco, ubi fuerat crucifixus, erat hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuen Iudaeorum, quod monumentum illud propè esset, posuerunt Iesum.

Christus in ipsa morte glorificari cepit.

Dominus noster Iesus Christus iam mortem aditurus dicebat: Pater, veni hora gloriae filium tuum, ut & filius tuus glorificet te. Quia verò dilectus ille Dei filius est, tam claritate precibus illius pater annuit, ut inter acerbissimos & cumprimis ignominiosos crucis dolorum gloria eius elucere cōperit. Nam qui inter latrones medius pendebat, multa fecit non sine admiratione singulari, quae illum diuina virtute instructum imò verum Dei filium & mundi liberatorem esse declarauerunt. Huius enim opera fuerunt, quod latroni se inuocanti paradisi consortium promissum, quod solis lumine obscurato tenebras terris inuexit, quod motu immani terrā conuulsit, petrasque in montem aperiuit & velū templi discidit, ut omnium oculis pateret adytū illud sanctissimum, quod

ad me quem cruci-
entia, & postea
diam impiorum
no mentione facta
ima concione loquitur
& Christum cum
efficacissime con-
feruntur, ut de
biant, quod nunc
imacibus Christi-
patris, quem vel
erunt. Vnde que
to de piorum
i sine. Et hoc
assumptam ex
n esse ad iudicium
simorum libri
nissus est Christi
de Carne Christi
us apparuit
nem in quam
monia multa
excusat proprie-
insufficit. Hinc
agnoscimus em-
etur. Eum ergo
quo olim ad
eternum. Am.

memini mortalium, præter quâ summo pontifici hucusque patuerat: quod item cum clamore alto & deserto animam volens deposuit, & inter hæc omnia spectatorum animos mouit, ut ipsi testimonium ferrent, qui prius crudeli peculantia in ipsum seuerant. Accedit his omnibus sepultura, quam ipsi honorificam obuenturam esse, olim Isaias prædixerat: & cuius hic præcipuus vsus est, quod & verè mortuum fuisse docet, & crucis ignominiam abolet, simulq; nos etiam Deo curæ fore ostendit, si quid propter eius nomen patiamur, quod mundo contumeliosum esse videtur. Diligenter ergo eam euangelista omnes describunt, Ioannes autem suæ narrationis tria ferè capita confluit, in quorum explanatione breuior es erimus, quia de illis in Marci enarratione copiosus est dictum.

Primò personas producit, quæ illi extremum hunc sepulturae honorem impenderunt. In his primæ partes debentur Iosepho Arimatensi; cuius patriam ideo nominari voluit Spiritus sanctus, ut maior esset Hierosolymitanorum ignominia, qui simul omnes Christum neglexerunt, sequæ in hoc etiam pietatis officio ab homine peregrino superari passi sunt. Solet hoc frequenter fieri, ut in ijs vrbibus, vbi purior doctrine & religionis sedem Deus constituisse videtur, peregrini & exteri plus proficiant quàm ciues nati. Illos enim amor religionis & donorum Dei singularium admiratio attrahit, his autem consuetudo & familiaritas quotidiana satietatem atq; fastidium parit, ut ea non adeo magnifaciant, quibus absque labore & impensis frui possunt. Hoc ipsum ergo hic etiam accidisse videtur. Fuit autem Iosephus, etsi peregrinus esset, ordinis Senatorij (ut alij euangelistæ scribunt) vir honestus, diues & iustitiæ amantissimus; cuius specimen perquam egregium dedit, quando in Christi mortem consentire noluit, cum de eo occidendo in Senatu aut Concilio ageretur. At omnem aliam commendationem longè superat, quod discipulus Iesu Christi fuit. Nam etsi in eo aliquid peccati, quod hucusque diuinijs & honorum pedicis se retineri passus sit, quò minus illum publicè proferretur, attamen nunc vitium hoc omne abunde sarcit, quando nouis fidei viribus instructus atq; confirmatus, Pilatum intrepidè accedit, & Christi Iesu corpus sibi ad sepulturam dari postulat. Et inuis generis multa sunt quotidie, ut huius mundi illecebræ interdum electos quoq; ad tempus detineant, ne Christo publicè nomen dent: ijdem tamen perpetuò impediri non possunt, ut non tandem spiritu Christi inflammati metum & torporem excutiant, eoque maiori studio faciant officium, quò diuini se cessauisse vident. Ex horum igitur numero est Iosephus iste, cuius pium conatum Deus mirificè adiuuit. Nam non modo apud Pilatum quod petit imperat, verum etiam præter omnem opinionem socium laborum, impensarum & omnis periculi inuenit Nicodemum, quem similis metus hucusq; impederat, cum à Christi cognitione alienus non esset, sicuti in Capitis tertij historia vidimus, quam in præsentem quoq; Ioannes allegat.

Inter multa autem, quæ hic dici poterant, præcipuè nobis inspicendus est mortis Christi fructus, & quanta eius virtus sit, si intra hominum animos dignè & attentè consideretur. Isti enim, quoad Christum apud vniuersos doctrina & miraculis clarum esse viderunt, collegarum suorum potentia & auctoritate se perterrefieri passi sunt, ut ignaui metu fidei confessionem dissimularint. Nunc autem quando in cruce mortuum esse & inter latrones medium pendere vident, ita intra animos suos commouentur, ut nihil non sibi faciendum esse putent, ut ex publica ista ignominia illum afferant. Solet ita Spiritus sanctus piorum mentes accendere, ut intelligant pro Christo omnia expendi debere, qui seipsum pro nobis in mortem tradere dignatus est. Si enim ab hominibus acceptorum beneficiorum recordatio generosiores animos excitat, ut se hominis nomine indignos putent, nisi beneficioribus suis gratiam referant: quid non possit apud pios mortis Christi consideratio, cuius merito se redemptos esse intelligunt? Scio quidem Iosephum & Nicodemum mortis huius mysteria nondum rectè intellexisse, sed in his prælusum fuisse dico, quid in piorum animis illius gustus & meditatio operari soleat. Vnde apparet, eos Christi beneficium nunquam adhuc dignè expendisse, qui nihil pro illo facere aut pati volunt. Estq; ed detestabilior multorum ignauias, quos Christi in celo reuerentis inter homines pudet, quem duo isti inter latrones pendentem omni officij genere prosequendum esse putauerunt.

Observari quoq; debet hoc loco immensa Dei bonitas & mirabilis eiusdem in filij sui regno administrando providentia. Bonitatis est, quod ignauios fidei dissimulatores hucusq; tulit, & nunc sublati impedimenti omnibus nouo spiritu robore donauit. Singularis autè providentia opus est, quod

Christus à quibus sepultus.

Mortis Christi uirtus apud pios.

Ut Deus fidei dona inter suos dispenset.

quærat di-
uolleret cor-
poris Iesu
re primùm
eperunt et-
s, sicut mo-
erathortus,
nam posticus
numentum

em hanc a glori-
tilius est, nam dicitur
iosos crucis dicitur
ce non sine
mundi liberatum
confortium prouidit
conculsit, perat
ind sanctissimi, quod



eos nunc forti animo in certamen deducit, quando metu victi & hinc inde dilapsi latent, qui postea discipuli aperti fuerunt. Ex ignavis ergo & meticulosis fortes fecit, fortes vero metu superari non potuerunt. Ita vero agere voluit, ut omnibus constet regnum Iesu Christi non esse de hoc mundo, nec de ministerio consilij aut viribus administrari, sed ab aeterno providentia ipsius decreto pendere. Quod publicam consolationem affert pijs, ne furiosis tyrannorum conatibus terreantur, ut a vestris omnibus spem facit, ne se à Deo reijci putent, simulque omnes admonet, ne quos temere dante, cum Deo ita facile sit robustissimos facere ex ijs, qui paulò ante nihil iniqua ausuri vel facturi putabant.

Docent praeterea istorum exempla, quid Senatorij ordinis viros & quosvis alios deceat, quod aliquo sublimiori dignitatis gradu constituti sunt. Quoad mores & vitam huius seculi, quatenus honesti sint, ne quod de se exemplum malum praebeant. Quoad munus verò quod sustinent, iustitiam studeant, cuius est suum cuique reddere, & curent imprimis, si quod iustum reclumque est, pro se necesse non possunt, ne iniquis improborum consilijs consentiant. Interim se à Deo in gradum suum uictos esse cogitent, & proinde huic etiam sua praestent officia. Inter quae praecipua sunt, ut se ipsos se humiliter subjiciant, eius cultum prouebant, & ecclesiam tueantur. Sic enim videtur in Psalmo secundo: Sapite ò reges, erudimini iudices terra. Seruite Domino in timore, & exultate in tremore. Osculamini filium, ne irascatur, &c. Et ecclesia apud Iaiam capite quadragesimo vocatur: Erunt reges nutritij tui, & regina eorum nutrices tuae, & cetera. In his ergo sedulo, occasorem aliquam praeterlabi sinant, quae faciat ad asserendam Christi gloriam. Quod si verum suum aliquando neglexerunt, admonui à Deo in viam redeant, & curent ut Christi membris suis periclitantis honorem pro virili rursus asserant, & ita honorifice ex cruce tollant quem suffigi passi sunt.

Quomodo sepultus Christus

Sed alterum huius historiae caput videamus, quo modus & ratio describitur, quam in sepulchro Christi corpore isti obseruarunt. Iosephus sindonem emit, quo corpus nudum reuertitur. Nondum aromata offert, misuram videlicet myrrhae & aloes quasi libras centum. His ergo inuolutis & donec inuolutum sepeliunt, sicuti tunc moris erat apud Iudeos. Solebant autem veteres decessores corpora condire cum aromatibus, & quasi seruanda reponere, ut inter suos spem future resurrectionis fuerent: neque tunc superuacanea erant eiusmodi adminicula, cum nondum illis plene inuolutis set Christus, qui & mortem deuicit, & laeta atque beatae resurrectionis spem suo exemplo in certum maui, ut de ea dubitare nulli posthac liceat. Hodie ergo operosiori & sumptuosiori sepulchro me opus est. Qui enim ea adhuc vtuntur, ij non obscure docent, se Christi mortem, resurrectionem eiusque meritum non satis intelligere. Curandum tamen ne contumeliosius aut negligenter accendantur corpora defunctorum. Id enim ab humanitatis sensu alienum est, & fidei nostrae aduersatur, quae docet credentium corpora Spiritus sancti templa esse, quae in inhabitare dignantur. Aliqua tem a funeribus supersticio, simulque procul remoueatur pompa & apparatus fastum reddens, vel Christi merito detrahamus, vel etiam post mortem adhuc superbare videamur: quod quodque sunt, ij se communi etiam sensu carere docent. Elucet autem in Nicodemo & Iosepho nouum habitum gumentum, quam Paulus per charitatem se declarare ait. Huius enim opus est, quod non tantum laboris & periculi plenam suscipiunt, simulque gentis suae odium publicum contra se perant. Verum etiam immanes sumptus faciunt, ut Christi sepultura dignum honorem habeat. Ita sicut per Christum verè amant. Pudet enim eos, si in Christo honorando sordidiores sint, cum mandatum hoc nullius sumptus pigeat, qui sedis voluptatibus & inani ostentationi impenditur. Exemplum supra in Lazari sorore Maria habuimus. Horum ergo meminerimus, quando Christi causa agitur, ut non est faciendum. Non opus habet ille posthac, quoad suam personam, ullis externis officiis. In doctrina eius conseruetur, ibi non labore modo & industria, sed impensis quoque opus est. Nonne etiam in membris suis alger, esurit, sicut & agrotat, imò exulat etiam & sedibus incertis vagatur. Hic nos officij meminisse decet, ut in eum liberaliter conferamus, quibus illi opus habere videtur. Fecerunt hoc olim principes pijs, qui scholas & ecclesias redditibus annuis donarunt, ut vna in illis essent doctores. Faciunt idem quicumque Christi pauperes cibo potuque reficiunt, domum suam vel aut aliquo alio charitatis officio prosequuntur. In ijs autem praestandis liberaliores erant, si Christi illa omnia in suas rationes ascribere & olim caelestis regni sui bonis compensaturum esse cognouerunt.

Sequitur postremum caput, quo narratur ubi Christi corpus isti deposuerint. Hortus fuit propè Locus sepultus
 locum Caluarie, ubi crucifixus fuerat. In horto autem monumentum nouum fuisse dicitur, in quo re Christi.
 nemò inquam fuerit sepultus. Illic Christi corpus depositum est, & causam, quæ illos mouerit, indi-
 cat Ioannes, Parasceuen Iudæorum. Imminebat enim uespera, & mox post Solis occasum Iudæi
 diem sequentem exordiebantur, qui tunc erat sabbatum magnum paschatis, quo nihil operis facere
 licebat. Quia ergo tempus moram nullam admittebat, sepulturam accelerant, & idè in proximo
 sepulchro illum condunt. Incerim longè aliud fuit Dei cõsiliu, qui hoc ita fieri curauit, ut filij sui
 resurrectionem à calumnijs assereret, simulq; nos de mysterijs maximis & obseruatu dignissimis ad-
 moueret. Primò enim non modò in cruce illum mori, verum etiam sepeliri oportuit, ut reuera mor-
 tuum esse constaret, sicque per mortem eius facta peccatorum nostrorum expiatio firmiori testimo-
 nio nunciatur. Idè tam multa narrat Euangeliste, quæ ad probandam eius mortem faciunt. Sed
 & Pilatum Iosepho corpus eius non prius concessisse, Marcus scribit, quàm ex Centurione, qui sup-
 plicio inspectus fuerat, illum cerò expirauisse cognouisset. Deinde in nouum monumentum deponi-
 tur, in quo prius nemo iacuerat, ne uel alius eius loco, uel ipse alterius illic antea sepulti uirtute re-
 surrexisset putaretur. Quoad uerò redemptionis nostre mysterium, in horto sepelitur Christus, &
 eundem in nouo sepulchro, ut mortis conditionem illius merito innouatam, & nobis reditum in pa-
 radisum rursum patefactum esse sciremus. Simul uerò consolationi hoc seruit sub cruce laborantibus,
 qui & ipsi (si in finem usque perseverauerint) ab illa ad felicitatis æternæ locum, in cælis prepara-
 tum, transibunt. In horum igitur consideratione diligenter uersetur, ut ipsi quoque Christo conse-
 crati peccato moriamur, resurgamus autem ad uitæ nouitatem, olim cum illo regnaturi & uicturi
 apud patrem, in cuius conspectu gaudij & honorum omnium satietate fruamur. Illi debetur bene-
 dictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

CAPVT XX.

PRIMO autem die sabbathorū Maria Magdalene uenit mane, cūm
 adhuc tenebræ essent, ad monumentum, uidetq; lapidē sublatum
 à monumento. Currit ergo, & uenit ad Simonem Petrū, & ad alterum
 illum discipulū quem amabat Iesus, & dicit eis: Sustulerūt Dominum
 è monumento, & nescimus ubi posuerint eum. Exiuit ergo Petrus &
 alter ille discipulus, & uenerunt ad monumentū. Currebant autem hi
 duo simul, sed alter ille discipulus præcucurrit citius Petro, uenitq; pri-
 or ad monumentū: & incuruatus uidit posita lintea, non tamen intro-
 iuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumen-
 tum, uiditq; lintea posita, & sudariū quod fuerat super caput eius, non
 cum lineis positum, sed seorsum inuolutū in unū locum. Tunc ergo
 introiuit etiā alter ille discipulus, qui uenerat prior ad monumentum
 uiditq; & credidit: Nondum enim nouerāt scripturā, quod oporteret
 illum à mortuis resurgere. Redierunt ergo discipuli domum.

DILIGENTER quidem Euangelista totam filij Dei in carne manifestati historiam expo-
 nit, singulari tamen diligentia & studio ab omnibus describitur illius ex mortuis re-
 surrectio, & eandem alij quoq; Apostoli in suis scriptis atq; concionibus imprimis incul-
 cant. Et ut hoc ex spiritus sancti consilio atque suggestione, eò quòd in illa præcipuum fidei nostræ ca-
 pit conuincitur, quod nisi firmum certumq; sit, uitæ & salutis nostræ spes nullo modo consistere po-
 tuit: quod mox patebit, si præcipuum eius fructus ex ordine consideremus. Primus ex his est, quòd
 Resurrectionis Christi fructus.

T